

Terue serue bone in modico fidelis nra in gaudium con
vovae. **a** Beatus ille servus cum venerit dominus eius
iamuam & inuenerit eum uigilantem. **a** Fidelis seruus
colituit dominus sup familiam suam. **e**vovae. **a** C
a in quo dolus non est. **e**vovae. **a** Serue bone &
in gaudium domini sui. **e**vovae. **x** Amant. **v** **O**s u
sanctissime confessor domini monachoz pater & dux
p nostra omnium qz salute. **e**vovae. **In se. uet. a**
a Coloret. **a** Discipuli. **x** Justus ut palma. **Su**
in reduxit dominus p uias rectas & ostendit illi re



P. 6, 72

60
62

B. v. 181. 788.

THEOLOGICA ET SCHOLASTICA

ORATIO,

30

DE PERSONALI
DVARVM NATVRA-
RVM IN CHRISTO VNIONE,
AC COMMVNICATIONE

IDIOMATVM:

ADVERSVS TAM VETERVM,
QVAM NEOTERICORVM NESTORIANORVM
Hypotheses ac Propositiones falsas & erroneas,

SCRIPTA,

Et Anno Domini M. DCI. Die 22. Decemb. ve-
teris, publico in Auditorio, quod Lubecæ
Vandalorum est,

HABITA

AB

ALBERTO REIMARO LVBECENSI, AR-
TIVM MAGISTRO, ET SS. THEO-
logiæ Studiofo.

IOHANNIS. I. vers. 14.

Ο λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἠσκήωσεν ἐν ἡμῖν, (καὶ ἐθεασάμεθα τὴν
δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς πατρὸς) πλήρης χάρι-
τος καὶ ἀληθείας.

FRANCOFVRTI, Typis Iohannis Spiessij.

Anno M, DCIV.



REVERENDIS,
 PIETATE, DOCTRI-
 NA, VIRTUTIBVS PRÆ-
 STANTISSIMIS VIRIS; Dn. SENIORI
 ET CETERIS PASTORIBVS, ARCHIDIA-
 conisque ac Diaconis, & doctoribus Ecclesiæ IESV
 CHRISTI in clarissima Lubeca, Vandalicarum ciuita-
 tum principe: Dominis fautoribus meis & amicis
 nunquam & nusquam non honorandis,
 suspiciendis, obseruandis:

*Veram salutem per Christum Θεοῦ υἱοῦ προτιοῦ precor & felici-
 tatem sempiternam.*



SECUNDO hic annus agitur, (reueren-
 di viri, sacrosancti & venerabilis Ministe-
 rij Ecclesiastici, quod Lubecæ est, Seniores
 ac Diaconi longè dignissimi, Domini fau-
 tores & amici multis mihi nominib. per-
 petim honorandi, suspiciendi, obseruandi.) postquam *de*
Incar nato Dei Filio, contra Nestorianorum, tam antiquo-
 rum quàm nouorū errores ac imposturas, *orationem* ha-
 bui dixique Lubecæ publico in Auditorio. Istam qui-
 uem R. Dign. Vis iam ego tandem *transmisso*, transmis-
 sam *nuncupo*, nuncupatam *consecro*; beneuolæ & deuotæ
 A 2 men-

mentis symbolum, Theologorum studiorum meorum testimonium, immortalis obseruatiæ monumentum, adeoque certissimum planè argumentum harmoniæ atque pij consensus, vel in istoc non postremo capite religionis Christianæ. Etenim Lubecensi in Ecclesia sonat, Dei beneficio, eadem saluificæ doctrinæ vox, repurgata à fermento Nestorianorum veterum pariter ac recentium, qui certam & indubitatam Ecclesiarum orthodoxarū, de Christi Persona & Officio doctrinam, omni arte atque industria, & omnibus totius inferni viribus euertere præsumunt, diuinam Iesu Christi Personam distrahunt, ipsam Filij Dei Incarnationem euacuant, horrendasque simul blasphemias contra viuificationem & adorationem aliaque diuina attributa sanctissimæ carnis Christi, eructant diabolicè. Ipsam illam coelestem doctrinam vt Dei Filius, Deus & Seruator noster, R. Dign. V. mihiq; conseruet porro etiam omnibus partibus integram & incorruptam, necnon deinceps quoque aliquos ex faucibus Nestorianorum nouorum, hoc est, Papicolarum & Calvinistarum ereptos, ad veræ Ecclesiæ societatem adducat, diligenter orandus est.

Non alienū erat hoc loco exagitare & confutare quorundam fanaticorum sententiā, in primis verò Crypto-Caluinistarum & Pseudopoliticorum virorū, quib plus quam quis credat, placet probaturque *Moderatio* ac lenitas & mansuetudo doctorū seu Euangelicorum concionatorum eorum, qui I. generalissimè (aut generalibus loquēdi formulis ac phrasibus, & cothurnis quibusdam) persequantur pertractentque doctrinam de duarum in Christo Naturarum vnione personali, huiusq; tūm specifica differentia, tūm effectis. Qui II. prætereà ad hanc ipsam materiam ea duntaxat referant, que huma-
nara-

na ratio assequivalet: Proinde & sibi & aliis falso persuadeant, corpus Christi finitū cœloq; captum, (quodq; cœlo capitur ac continetur, scripsisset calamus: Beza enim subtilissimè, scilicet, distinguere nouit inter τὸ cœlo capi, & cœlo captum esse.) nullo modo, ne in vnione quidem consideratum, posse substantiâ suâ, vno eodemq; tempore, in compluribus esse locis; quinimmò Deum ne quidem vniuersa suâ potentia efficere posse, (horreo repetens) vt humana Christi Natura finita partiumq; dimensione circum inscripta, (respectu essentia suæ) simul & semel in pluribus quàm in vno loco sit, (respectu subsistentia personalis) saluâ manente veritate veri corporis humani. Qui III. insuper etiam ex natura corporis merè phyci & naturalis, arguentur disputentq; aduersus ipsius Christi corpus; quod quidem est verè humanum corpus: sed tamen non est merè phycū, aut tantum naturale & humanū: sed est corpus particeps factum Deitatis, (sicut de ipsa Domini Carne Basilius loquitur, quod Deitatis particeps facta sit) est corpus Deificatum, (vt post Damascenum sic loquar.) est Filii Dei corpus, in persona λόγου subsistens, euectum ad dextram virtutis potentiaque Dei, longè supra omnes cœlos, adeoque cœlis sublimius. Non alienum hoc loco, inquam, discutere nebulas, quas triplici isthoc modo, quem iam dixi, imperitorum oculis & animis Philippocaluinista ac pseudopolitici nonnulli offundunt; qui videlicet præ se ferunt pacis ac concordia studium, viderique volunt φιλήσοχοι, mansueti, mites, moderationis atque lenitatis Magistri in religionis Christiana negotio, & ipsam illam moderationem, (id' est fraudulentam & omnibus modis execrandam simulationem atque hypocrisin, in Theologicis controuersis) non modò honestam

Beza

Basili. in Sanct.
Natiuit.
Damasc. lib 3.
cap. 17.

EPISTOLA

nestam, quod quidem Epitheton virtutibus alioquin competit, sed etiam *sanctam* & *εὐθεον* prædicant; nisi proprii operis & largioris otii argumentum esset. Neq; etiam vacat mihi hîc castigare ac redarguere eorundem hominum quasi politicorum sententiam, qui ^{iiii.} simul temerarium atq; inquietum, ac schismaticum & scandalosum iudicant proclamantq;, si de diuina & infinita maiestate corporis Christific meditemur, sic loquamur, sic scribamus, sic doceamus, vt huius vnici corporis *εὐθεου*, id est prærogatiuæ ac sublimitates atq; dotes in diuinis literis fundatæ, in Orthodoxa vetere Ecclesia testimonia habent. Qui ^{v.} insuper Iouem lapidem iurant, se in articulo quidem de cœna Dominica *γινώσκους* esse Lutheranos; in quæstione autem de Christi persona atq; officio non à partibus Lutheranorum stare, non etiã cum apertis Calvinianis per omnia consentire: interim sententias suas pectore tegunt, neq; adeo audent, quamuis vellent, linguam promere disertiq; verbis exprimere, quid sentiant de omnibus illis, quæ circa Christi corpus considerata, Spiritus sanctus in noui Instrumenti scriptura Apostolica passim inculcat. Imò verò aliàs erit forsan commodior locus dicendi de istis tenebrionibus & vitilitigatoribus bellulisq; semicincilianis, qui ad tepidam ac trepidam illam mussitantium silentiariorum cohortem non inuiti accedunt, atq; subdolum & ad fallendum compositam sententiam suam tantisper celant, dum liberiores facultatem proferendi nanciscantur; interim tamen verborum præstigiis veritati fucum faciunt; ac dicunt, quia ipsum Incarnationis Verbi Dei opus mysterium est *ἀρρητον* seu ineffabile, idcirco se nefas habere in negotio de Christo proferre, quænam sua sit sententia, vbi ea accuratissima est: etiam hoc amplius, à præceptore suo diuo
Cin-

Cinglio, si sancto placet Herculi, didicerunt improbam hypocrisin ac simulationem in negotio Christianæ religionis, *sanctam* habere. Sic enim ille (Cinglius) in præfatione tractatus sui de prouidentia, Tom. 1. operum suorum fol. 352. ad Illustrissimum Cattorum Principem ac Dominum, Dn. Philippum, hypocrisin hæc & simulationem definiuit, quod *sancta* sit hypocrisis, cum quis in sacræ cœnæ controuersia fluctuare se atque ambigere simulat, qui tamen *πληροφορηθείς* accertus sit de re, quam alii adhuc paulò inciuilius & indotius cōtrouertunt. Hoc est, inquit, *εἰρηνοποιεῖσθαι*, id est, Christianæ trāquillitatis artes purè & probè nosse, &c.

Porro quod iam dictas propter non paucas causas Dign. V. is tùm offerre, tùm dare ac dicare volui, vel debui potius, Theologicæ & Scholasticæ exercitationis industriæq; meæ specimen hoc & documentum, (tale quale) quin R. Dign. es V. ae sic accipiant, vt à sincero affectu bonoq; animo & oblatum, & datum dicatumque esse iudicent; adeoque dent sese quàm huic conatui meo patronos paternos, tam mihi meisque studiis deinceps etiam fautores ac amicos, nullus dubito: id quod eisdē quoq; tam rogo quàm qui maximè.

Quod si quis roget, cur huius Orationis editionem diutius distulerim, dicam certè, quod res est. Maluissē sanè ipsam illam vt primùm ex meo respirabam itinere Belgico & Coloniensi, vel etiam aliquanto citius prodire, & ad R. Dign. V. as peruenire, quæ de mysterio Incarnationis Dei Verbi & hypostaticæ Vnionis contra antiquū Nestoriū, & huius sectatores fautoresq; veteres pariter ac recentiores, in magna lectissimorum virorū iuuenūq; & adolescentulorum corona declamantem me, verbaq; facientem ante biennium fermè, posthabitis grauioribus negotiis voluerunt audire: qua de re V. as
Dign.

8
EPISTOLA.

Digni. multum equidem amo. Verum speravi posse per breui tempore alicubi à magistratu Academico, vel Senatu collegiove Theologico, impetrari copiam ac potestatem publicè dicendi oratorio more, & agendi de ceteris, quæ nouerunt Digni. V. ac esse à me id temporis proposita, nec tam angustis vnus horæ spaciis includi potuisse. Hæc igitur spes fecit, atq; adeò effecit, vt & Tertiam Orationem meam, in qua tum doctrinæ coelitùs patefactæ veritas, contra veterum juxtà, ac recentium Eutychnianorum errantes opiniones, vel potiùs blasphemos errores, de humana Christi Natura, vt sine vlla acerbitate, ita fortiter ex sacrarum literarum fundamentis adstruitur, defenditurq; tum dictorum errorum falsitas firmissimis argumentis redarguitur & detegitur; adhuc suppresserim, apud me asseruarim, & huius ipsius Orationis itidem *ελεγκτικῆς* editionem quam diu potui, distulerim: nempe ne tres istæ Orationes seorsim prodiret in publicum, sed coniunctim, & ipsum non sine caussa. Ist hac enim ratione ac viâ futurum speravi, vt Lectori etiam cuius cõstare posset, mediâ nos viâ incedere, ne dum fugimus Scyllam Nestorianorum diuellentium Naturas in Christo, præcipiti impetu feramur, in Charybdim Eutychnianorum duas in Christo Naturas confundentium, & Humanitatem planè tollentium, quippe quam volunt contenduntq; absorptam in *λόγω*, ac in Deum prorsus conuersam esse. Proinde luculentam nobis fieri iniuriam, adeoq; calumniam esse impudentissimam, quando nostra sententia de humana Christi Natura, ab Aduersariis nostris, recentioribus Nestorianis, Eutychnianæ hæreseos insimulatur, quasi exæquemus atq; confundamus Naturas in Christo, & planè tollamus Humanitatem per attributa illa diuina, quæ ei (Humanæ Naturæ)

à λό.

N V N C V P A T O R I A .

ἀ λόγῳ personaliter communicata esse, saluis manenti-
 humanæ Naturæ proprietatib⁹ essentialibus, viribusve
 naturalib⁹, revera credimus, scriptisq; publicis fatemur
 atq; profitemur. Ist hæc autem, quã dixi, expectatio quã
 me hætenus fefellerit, magna fuit mihi religio toties
 à parente meo ac amicis efflagitatam, & iam pridem
 promissam huiusce Orationis (primæ è tribus) editio-
 nem diutius differre: quum præsertim biennium ferè
 sit, ex quo hanc ego Orationem vel R. Dign. Vis audien-
 tibus, adeoq; perquam amicè ac placidè audientibus,
 publico in auditorio, quod Lubeca Vandalorum est, re-
 citavi. Quam etiam Orationem ἀνασπενδασικὴν, & sat ci-
 tò & sat benè ac opportunè prodisse atq; ad R. Dign.
 Vas peruenisse tū putabo, ubi sensero, Dign. Vis eã pro-
 bari, & simul talè videri, quæ piè eruditè & eruditè piis
 etiã quibusvis grata futura sit; ceteris autem diuinæ ve-
 ritatis sapientiæq; nondum sibi penitè perspectæ stu-
 diosis hominibus aliquem afferre fructum queat. Hoc
 mihi vnicum votum. Et quidem ego præclarè mecum
 agi statuo, si quantum stulta ac perversa imperitorum
 hominum iudicia spernere, tantum iniquas & malignas
 improborum censuras contemnere possim, omnium
 utiq; piorū ex verbo Dei rectè iudicantium, atq; sic et-
 iam R. Dign. Varum calculo & approbatione cōtentus.

Cæterum ad summarum in huiusce Orationis Pro-
 positione nominatarum partium posteriorem, κατὰ
 κευασικὴν, quod attinet; ei sanè dicatam Orationem sin-
 gularem & integram, D O M I N O volente, & me benè
 iuvante, cogito dicere ac habere suo tempore. Nam cer-
 tis, eisq; sufficientibus & grauib⁹ caussis adhuc contra
 spem impediōr.

Emanuelem autem, ipsum Dei Filium, fratrem no-
 strum omnipotentem supplico, ut militantem Ec-
 clesiam

B

clesiam

clesiam suam, cum omnibus in vniuerso mundo veris
 eius membris, conseruet ab insidiosis *διαλαγῶν* ac *Con-*
ciliationum artibus & machinis, quas Sacramentarii siue
 Zuingliani & Calviniani dogmatistæ ac *πολοπράγμορες*,
 veneni sui longè lataq; diffundendi gratiâ, nunquam &
 nusquam non instituunt, vt pote quibus Satanâ sugge-
 rente ac instigante quietis esse non licet, Christû, in quâ
 veræ Ecclesiæ caput vnicum adoro ac oro, suam ipsius
 Ecclesiam, eiusdemq; in omni loco vera membra ac ci-
 ues, in uictâ illâ virtute suâ, quam sub plenitudine tem-
 poris, secundum carnem personaliter sibi vnitam acce-
 pit, sine mensura, saluos ac tutos præstet, aduersus vene-
 nata *remedia* illa, quæ Conciliatores isti ac Mediatores,
 vt maximè de perturbandis Ecclesiis & scholis Rebusq;
 publicis benè constitutis atq; florentibus dies noctesq;
 cogitent, diuersis temporibus quæsiuerunt, imò vel ho-
 die orthodoxis Ecclesiarum nostrarum doctoribus præ-
 scribere, & vsurpanda adhibendaq; proponere molun-
 tur atq; venditare, siue *i.* sub splendido rotius inter ipsos
 & Doctores nostros ortæ Disputationis aut *discordiæ*, hoc
 est illius Sacramentariæ controuersiæ, *utrinq; sopiendæ* ac
 dirimendæ prætextu atq; titulo; siue *ii.* sub illo affectato
 & prepostero *unanimitatis* ac cõcordiæ pacisq; Christia-
 næ, ab vtraq; parte reparandæ & *conseruandæ* studio atq;
 Zelo nimio maleq; affecto; siue *iii.* sub specioso & in-
 vulgus plausibili errantium *opinionum* ac sinistrarum *su-*
spicionum utrinq; tollendarum & sepeliendarum Schema-
 te ac specie religiosissimâ; siue deniq; *iiii.* sub illo sub-
 dolo, & imperitiõribus hominibus inescandis accõmo-
 dato nomine *concretarum dumtaxat locutionum* quarun-
 dam tùm vsurpandarum vtrobiq;, tùm verò etiam *so-*
lummodò de tota persona Christi, intelligendarum & simul in-
 terpretandarum vtrobiq;.

Eun-

Eundem quoq; Dei & Mariæ semper-virginis Filium Iesum Christum, submisso animi spiritu precor, vt suã in messem quamprimum extrudat aliquem Ecclesiæ Lubecensis Superattendentem, qui studeat seipsum fidelem probatumq; exhibere Deo, columnam atq; caput Ecclesiæ eiusdem non erubescendum, Smirnenfis & Philadelphienfis Ecclesiarum Angelis doctoribusve similem Episcopum, διδάκτον τοῦ Θεοῦ eximiumq; Dei συνεργόν ac cooperarium, ad sanctissimi nominis sui gloriam, electæq; suæ Ecclesiæ per totum terrarum orbem disperse ac diffuse, perpetuam salutem.

Quas insuper Lubecensi in Ecclesia Episcopos & excubitores atq; veritatis Christianæ propugnatores Spiritus sanctus constituit, R. Dign. Vas vnà cum omnibus ac singulis earum familiis in perpetuum benè valere, ac simul optimè viuere, clementer iubeat; laboribusq; ac studiis meis, adeoq; omnium tam discipulorum quàm docentium laboribus, maximè autem Varum Dign. laboribus sanctis, benedicat porrò etiam ex alto quàm cumulatissimè; Lubecensem denique ciuitatem, dulcissimam patriam nostram, pestilentiali lue liberatam, leuatamue, feliciter conseruate non desinat idem ille CHRISTVS, qui est super omnia DEVS benedictus in secula, Amen.

Marpurgo Cattorū, An. temporis vltimi cio. 19ciii. 24. Octobr. veteris: quo ipso die ante octo annos quidem ego Lubecâ Rostochium, tanquam ad mercatum bonarum artium, profectus fui: natus 30. Maij, ipsis præcedaneis adscensionis CHRISTI DOMINI in coelos; anno horæ nouissimæ M. D. LXXVI.

R. Dign. Vas

generenter, obseruanter ac sincerè colens.

Albertus Reimers Lubecensis.

B 3

M. AL.



M. ALBERTI
REIMARI

ORATIO

PRO

INCARNATO DEI

FILIO;

Contra

*Antiquorum simul & novorum Nestorianorum
errores.*

M

AGNUM quidem ego Orationis argumentum affero ad vos, Clarissimi, Excellentissimi, Reuerendi, Humanissimi Doctissimiq; viri, Domini fautores & amici honorandi, suspiciendi, amandi; & vos Iuventus lectissima, vosq; cæteri Auditores eximii; magnum, inquam, orationis argumentum ad vos affero, citra controversiam magnum pietatis mysterium, INCARNATVM DEI FILIVM. idq; adductus non solum ratione ac serie huius ipsius temporis, quo iam ab hinc amplius M. DC. annis, VERBVM CARO seu Homo FACTVM est: Sed etiam insuper compulsus Lege Lubecensis institutionis seu ordinationis Ecclesiasticæ, cuius sic se habent verba, totidem penè

1. Tim. 3. v. 16.

I.

Ioh. 1. v. 14.

II.

Titulo: Dath

Lectorium

penè verbis Saxonice Latinè expressis. Quos stipendiis ornamus, Studiosi domum si quando veniunt vel ultrò vel vocati, in publico Leetorio scholasticas habent orationes, presentibus Ecclesie pastoribus, laici item literarij moderatoribus, ac literatis ciuibus, & alijs: quò nobis constet, quantum in Theologia, quantum vè in Philosophia processerint progressique fuerint; itemque quanta in eorum stipendium pecunia opus sit in posterum; simul etiam utrum possint & decreuerint talentum, quod Dei benignitas ipsis concessit, bene & utiliter collocare, ad Scholæ utilitatem, an potius ad Ecclesie ædificationem, & defensionem veritatis cœlestis. Ist hac nempe, quam dixi, lege vel me teneri astrictum, si iudicaveritis, non mouebo equidem: quin imò à vobis insuper petam summè, & cõtendam, vt ad istud vestrum iudicium adscribatis & meam sententiam. Nolo etiam vos ignorare, Auditores, consilio & authoritate eorum, quibus

III.

temerè repugnare atque resistere mihi religio fuerit, me ad declamatoris personam hanc suscipiendam incitari, extimulari, impelli, cogi. Neque verò quisquam erit, vt ego opinor, vitio qui id vertat mihi, quod alienæ industriæ exemplum mea qualiscunque diligentia imitatur. Etenim tale quid præstare, multum habet utilitatis, audaciæ nihil, nihil quicquam ambitionis, ac proinde iustam non incurrit reprehensionem, quin potius multum habet laudis. Ita sentiunt ad vnum omnes, qui de eiusmodi rebus rectè sentiunt: quibus quin vos quoque accensendi sitis, cur dubitem? Quocirca apud vos qui ipsum illum, quo de vocem missurus equidem sum, DEVM IN CARNE manifestatum osculamini, ea me præfari quid attinet, quibus alij vestram occupare & aucupari beneuolentiam consueuerunt? satis namque vos mihi beneuolos futuros arbitror, eius nomine audito, cui soli acceptum referimus, quod sumus, viuimus &

IV.

B 3

moue-

mouemur; cui, inquam, soli mysteria fidei Christianæ,
 cui soli veram libertatem Euangelicam, cui soli nostras
 fortunas, cui soli animarum nostrarum debemus salu-
 tem æternam. Inter eos enim, qui sub Christi vexillis fi-
 dei & pietati militant, qui vnigenitū DEI Filium Chri-
 stum Iesum, à DEO venisse Magistrum seu sacerdotem,
 & Pontificem ac Pastorem atq; Episcopum, Mediato-
 rem, Redemptorem nostrum, saluatorem omnium ho-
 minum, maximè autem fidelium, Regem deniq; & Gu-
 bernatorem nostrum, negare, vel saltē in dubium voca-
 re præsumat, hominē esse arbitror neminem. Sanè ista
 ne ipsi quidē illi, qui ab Euangelica Ecclesia diuortium
 & secessionem iam pridem fecerunt peruersissimè tur-
 pissimèq; inficiari possunt Magno igitur cū metu tū
 verò labore, ipsa incarnati λόγος recordatio, apud vos me
 subleuabit. Quod si vobis non vmbra[m] propositæ ma-
 teriei, imò vmbellam, adeoq; imaginis imaginē darem,
 sed viuā & absolutā imaginē, ipsum Incarnationis opus
 singulariter mirabile, & mirabiliter singulare, egregiè
 depictum exhibere possem; nā ego omni omninò me-
 tu defunctus mihi viderer. At n. vereor ne Christi secū-
 dū[m] carnem Maiestatem & honorem culpā deteram
 ingenij, eiusq; ἐνεργειαν siue operationem diuinam, &
 vim viuificandi, paruis tenuem modis. Et quis quæso in
 hac nostra mortalitate, imbecillitateq; nature, diuinam
 Filij DEI naturam contemplari, quis incarnationis e-
 iusdem mysterium, quis hypostaseos proprietatem, quis
 hypostasi simplicis Binitatis, & naturis duplicis vnita-
 tis imaginem vel consequatur mente, vel cogitatione
 comprehendat capiatq; , nedum oratione complectatur?
 Quamobrem me, quem aliis tacentibus, vnum lo-
 qui necesse est, illa res ipsa vehementer conturbat, quæ
 maximum cæteris incitamentum dicendi solet esse:

(præ-

(præter loci auctoritatem, temporisq; breuitatem) rerum amplitudo seu maiestas, & difficultas. Locus quidem hic ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatisissimus, magnum mihi timorem affert, vt hominū expectationi par esse queam: hunc autem ipsum vestrâ in eum, quem orandum dicendumq; mihi proposui, pietate exhaurire, vt dixi, sentio. Ea propter hîc ego magis vt consuetudinem seruem, quâm quod vos non vestrâ hoc sponte faciatis, AUDITORES, petam, vt me, dum pro incarnato DEI Filio, neq; arroganter, neq; temerè, sed iammodò datas propter sufficientissimas causas disputo, & quidem breuiter disputo, pro incredibili quadam & mirâ, ac propè singulari in eum, cuius memoriam in hac palæstra Theologica renouaturus sum, pietate vestra, attentè & beneuolè audiatis: Id mihi optatissimum; vestris Excellentiss, Dignitatibus reuerèdis, Humanitatibusq; dignum; INCARNATO DEO VERBO, adeoq; indiuiduæ Trinitati gratum eueniet.

Te autem DEI Filii misericors, & omnipotens, Iesu Christe, te obsecro obtestorq; vt me ob angustum annorum terminum, ob humilem ingenij cultum, ad sacrum hoc pulpitum, & ad has pro Incarnatione tua voces, non satis instructum ac paratum, cœlestibus donis cumulatum, patiâre ea dicere, quæ à sanctissima Maiestate tua non aliena, sacris vtriusq; Instrumenti libris canonicis consona, vobis probata, Patres in Domino plurimùm honorandi, vobis clarissimi, humanissimi, eruditissimi, honoratissimi viri decora, studiosæ huic iuuentuti vtilia sint & salutaria futura.

Dicendum ergo. Sed non de causis Incarnationis Filij DEI, indeq; pro manante doctrina consolationis plenissima. Quis n. est cui cœlestis Patris immensa iustitia & infinita erga genus humanū misericordia sint incognita?

gnita? Cui quæso ignotus est Filij Dei amor in totum mundum, quo inductus descenderit de caelo, & HOMO FACTVS sit? Totius generis humani desperata extremaque miseria, seruitusque spiritualis, quem fugiunt? consolatoriam doctrinam, quam incarnati verbi mysterium suppeditat, eam quis amabo te, non nouit? toties pro concione traditam, atque adeò inculcatam? toties inculcandam? sæpenumerò repetendam? Sed non etiam de omnib. omnium fanaticorum spirituum erroribus perniciosissimis, qui nullo non tempore ex humanæ rationis (quæ in spiritualibus cæca est, i. Cor. 2.) dictamine huic tam sublimi mysterio incarnationis vel derogare conati sunt, vel aduersari: Nullam enim vnquam inueniet exitum oratio mea, si omnia genera enumerare voluero, à nobis in hoc ipso doctrinæ capite dissidentium hæreticorum. Adspicite Ebionem, Cerinthum, Basilidianos, Carpocratianos, & horum furiosam rabiem, turbarumque in orbe Christiano studium impensissimum. Adspicite Valentinianos, Noëtianos Orientalibus Ecclesiis potissimum ita dictos, qui etiam Praxeani, Africanis & Occidentalibus Ecclesiis præcipuè dicti sunt atque Patrissiani, vt & Sabelliani omnibus Ecclesiis ac nationibus sic appellati: Adspicite Apellem, Manichæos, & horum omnium atque singulorum ô nefariam dementiam. Adspicite Arianos, Marcellianos, qui iidem deinde Photiniani vocabantur, & à Lucio Episcopo, Luciani: Adspicite Apollinaristas, horum simul omnium vesaniam ponderate. Adspicite Eutychem, Christolitas, Monoteletas, horum omnium suspicite manifestas præstigias, perniciosas fallacias, fraudulentas machinas, in portentosis erroribus valdè pertinaciter defendendis. Quales quantique illi hæresiarchæ? Diabolum per istos satellites suos id temporis

poris in Ecclesia seuisse lites & contentiones, simul tumultus & funestas Tragœdias in magna copia mouisse dixeris, sibi que omninò habuisse persuasum, se isthac ratione ac via effecturum, vt doctrina sana malè audiat, suspecta atque inuisa fiat omnibus, paulatimq; propè dixeram continuò explodatur. Tandem ergò quid quaeso orandum? Placet *initio* prima Nestorianæ impietatis & prauitatis tum initia, tum verò progressus fideliter exponere; necnon Nestorianæ cōtrouersiae statum itidem fide bonâ inquirere ac indagare, falso remoto, vero delineato, & simul cum recentium Nestorianorum, putà Iesuitarum & Calvinistarum, dogmatibus collato: sed ita, vt nobis vicissim ad verbi Dei diuinitus reuelati trutinam, ad sanioris rationis *κρίσις*, ad piæ antiquitatis calculum, Nestorianorum veterum iuxtà ac recentium errores appendere, exigere, reuocare liceat. *Secundo* autem loco de incarnato Verbo veram Ecclesiarum nostrarum sententiam tum aperire, tum firmis immotisq; fundamentis corroborare, tum verò etiam ab aduersariorum arrosione, criminationib. item, horrendisq; calumniis ac imposturis vindicare est animus.

Et sanè in ista quaestione oranda, hanc mihi dabunt veniam Audientes, si non ad eos solùm quos vndiq; intuentes, ex hoc ipso loco cerno, vnde aliqua pars mei corporis adspici potest; sed ad nostros etiam aduersarios infensissimos, praesentis huius seculi Nestorianos, Iesuitas nimirum ipsos & Calvinianos, vocem meam dirigam: idque cum ex eruditissimorum hominum exemplo & imitatione, tum verò cogente sic re ac materia. Quum item breuissimū illud temporis spatium, quod vnicâ horâ mensuratum, his talibus exercitiis Theologicis & Scholasticis destinari assolet, ad integram & iustam propositæ quaestionis explicationem sufficere ne-

C queat

Huiusce orationis propositio bi-
membris.

I.

II.

queat: veniam mihi facilè datum iri, confido, si priorem duntaxat propositi thematis partem, ἀνασκευαστικὴν & ἐλεγκτικὴν, integrâ oratione iam pertractem; posteriorem verò eiusdem quæstionis partem generalem, κατασκευαστικὴν & διδασκτικὴν, singulari itidem orationi dicatam, alio recitem tempore.

Nestoriana hæreseos origo et principium.

Socrates Lib. 7. c. 29. Cas. Triar. Hist. l. 12. c. 4

Theodoret lib. 3. hæretic. fabul.

Principiò igitur ad Nestorianismi originem quod attinet, Sic habetote, Auditores. Cùm Sissinnius, Constantinopolitanæ Ecclesiæ Archiepiscopus, vitam hanc cum morte commutasset: Et verò qui Constantinopoli degabant, pleriq; omnes nimis flagrarent gloriæ honorumq; cupiditate, & proinde ex istis ipsis Pontificem deinceps deligere minimè consultum videretur Imperatori: utique non potuit Theodosius iunior, qui tunc Orientis administravit imperium, quin Antiochiâ euocaret Nestorium, hominem tum continentia & sedulitatis diligentia ve laudibus maximè conspicuum, tum singularis eloquentia adiumentis, atque ornamentis omnib. cæteris natura præstantem, Syriæ oppido Germaniceâ oriandum. Is ad Constantinopolitanum Pontificatum vocatus, in prima statim inauguratione & ordinatione, quæ facta est ad 10. Diem mensis Aprilis, quàm egregium insolentia specimen edidit? coram Imperatore, magno concursu hominum literatissimorum, ac omni populo erupisse scribitur in hæc verba: Mihi (Nestorio) ò Imperator terram da ab hæreticis (putà Arianis, Nouatianis, Quartadecimanis & Macedonianis) liberam, & ego tibi cælum reddam: Tu mihi in extirpandis hæreticis subueni, & ego tibi in extirpandis Persis subueniam. Sesquipedalia verò verba: Thrasonica, inquam, vox, & glorioso milite ac stulto digna. Tantum Nestorij fastum, superbiam tantam vindicauitne DEVS? Sic opinor. tandem enim nouæ hæreseos

reſeos autor extitit Neſtorius. Nimirum à Presbytero Anaſtaſio in publica homilia ſeu concione uſurpatam, & à Conſtantinopolitanis clericis haud immeritò reprehendam propoſitionem hanc: *Nemo Mariam Θεοτόκον appellet*, cum non ſuam facere debuiffet, primùm excuſauit, paulò poſt defendit, & antitheſin repudiauit, vt aſtute! vt manifeſtè! vt temere! vt portentofè! vt molliter! vt audacter! vt pertinaciter! vt impudenter! Quid inde? inter clericos iſtos oborta contentio, concionibus atque ſcriptis multorumque ſermonibus agitabatur: Neſtorius theſin ſuam defendere ſatagebat, magno quidem, ſed irritò conatu. vni ſiquidem errori errorem ſubſternebat & innectebat alterum: quàm citò Ægyptum & Africam pertransiuit uir uſus huius ipſius erroris! *verba eius (Neſtorij) vt cancer ſerpebant! inſtar ignis qui incidit in iuniperinas frutices aridas!* His ita rebus ſtantibus, quid Deus? Excitauit ille ueritatis deſenſorem & propugnatoſem, Cyrillum Archiepiſcopum Alexandrinum. Hic Ægyptiis Monachis magnoperè auctor erat, vt ab iſto ſibi cauereſent fermento: aliquam multis prætereà epiſtolis amicè ſcriptis, Neſtorium in uiam reuocare conabatur. Sed nunquam tamen eum inducere poterat vt ueritati cederet: quod enim quodam in loco Baſilius grauiffimè ueriffimèque ſcripſit; ſuperbas nempe naturas, quò magis demulceantur, eò fieri inſolentiores; id uel de Neſtorio uerum eſſe, Cyrillo ſanè non poterat eſſe incompertum. Namque Neſtorius ſanis Cyrilli admonitionibus locum nullum relinquebat; quin & eundem inſuper calumniis premebat, & in aula Imperatoris deformabat: etiam hoc amplius, anathematis & perpetuæ maledictionis mucrone omnes Mariam Θεοτόκον appellantes ferire præſumebat,

Etiagr. Schol. c. 2.

Li. Caſſi. trip.

hiſt. l. 12.

*Maria non uo
canta Θεο
τόκος*

2. Tim. 2. v. 17.

Pſalm. Hebr. 120.
v. 32.Niceph. l. 14.
cap. 32.

C 2 ut im-

*Euagr. l. 1. c. 3.**Alib. l. c. 7. mibi**p. 796. A.**Socrat. l. 7. c. 33.**Euagr. l. 1. c. 3.*

vt imprudenter! vt impudenter! Porro Ephesi auctoritate Imperatoris Theodosij Concilium cogi poscebat, vocemq; *Χριστοτοκον* id est, Christiparā, qua Maria appelleretur, excogitabat, vt callide! Cyrillus itaque ipse magis Ecclesiæ periculo, quàm suo motus, Alexandriae in prouinciali synodo Nestorianas propositiones erroneas publico decreto condemnauit, & zelo quidem nimio (vt Domino Luthero placuit) condemnauit: Ad eundem planè modum in Prouinciali synodo Romæ celebratâ, de iisdem propositionibus hereticis, cum suis cognouit, statuit, iudicauit Celestinus, Pontifex Romanus, ad quem, vt & ad Imperatorem Theodosium, Alexandrinæ synodi sententiam Cyrillus perscripserat. En tibi mutuas Episcoporum condemnationes: En tibi turbatam orbis Christiani tranquillitatem. Huic consulere studebat Imperator Theodosius. Inde est quod concilium generale tertium conuocat Ephesi Anno Domini 431. (secundùm alios, Anno 434.) circa Pentecosten ex Oriente & Occidente conueniunt triginta & ducenti Episcopi, referente Nicephoro; vel decem & ducenti, numerante & annotante Cyrillo. Nestorius aduenit turbulentus, & quidem magnâ cum potentiâ aduenit. Agitur res in synodo. Complurium animi hisce ipsis condemnationibus mutuis, variisq; concertationib. de religionis Christianæ capitibus Ephesi controuersis, percelluntur, perturbantur, offenduntur, heu quàm vehementer! Videas ibi, ante cuius etiam aduentum Cyrillus Nestorium damnauerat, Ioannis Antiochenæ Ecclesiæ præfulis molitiones superbissimas. Iste ipse vt Cyrillo molestiam creet, nonnullas eius propositiones sugillat, improbat, impugnat: Nestorium prætereà magnâ cum vehementiâ propugnat, defendat. Imperator Nestorianorum criminationibus circum-

circumuentus, initiò quidem Cyrillo iniquior est, cum-
 que (vt & Nestorium, atq; Memnonem Episcopum E-
 phesinum) spoliatum vult Episcopali dignitate: Sed
 tandem tamen rectiùs informatus Concilii acta con-
 firmat, adeoq; Nestorium iubet exulare in Insula Oä-
 si, quæ Ibis quoq; dicitur: vbi à militibus de loco in lo-
 cum protrahebatur Nestorius. Illic præterea, vt Eua-
 grius refert, viuenti Nestorio linguam totam vermes *Lib. 1. c. 7. mibi*
 diuinitùs immissi corroserunt, vt multis modis horribi- *p. 797. b.*
 liter! vt miserabiliter! tandem linguâ à vermibus ero-
 sâ & excsâ ex vitæ huius miseriis ad grauiora supplicia,
 iusto Dei iudicio infligenda, eaq; sempiterna, migravit
 Hæresiarcha Nestorius. Ecce Ephesinæ synodi exitum!
 ecce Nestorii exilium! Ecce miserandam & portento-
 sam hominis mortem!

At enim verò *de Nestorianismi continuatione* etiam di- *Nestoriana in-*
 spiciamus. Siquidem enim fieri non potest, vt vel mo- *credulitatis pro-*
 riatur vel quiescat Satanus, *μωροτέχνης* ille, nequaquam *gressus & Con-*
 alicui vestrum, Auditores, mirum esse videatur, Nesto- *tinuatio.*
 rii Hæresin istam, vel cum authore ipso haud extin-
 ctam esse. Namq; circa tempora Iustiniani Imperato-
 ris, fuerunt qui in Nestorianorum libris atque scriptis
 palàm tuendis desudarent, docentes alium esse Deum
 Verbum, alium Christum Mariæ Filium. Ista tamen
 ipsa Nestorii proles in synodo Oecumenica, seu vni-
 versali quinta (sic enim nomen invenit vulgò) ab Im-
 peratore Iustiniano Constantinopoli coactâ, denuò
 ex Ecclesiæ agro proscribitur circa annum Domini *Euagr. l. 4. c. mō-*
 552. in qua eadem Theodoro, Mopsuestenæ Ecclesiæ *hip. 862. a.*
 Episcopo, vel post mortem anathema dicit palàm Ec-
 clesia; Origenis præterea erroribus obeliscum figit,
 atq; Theodoreti locutiones Nestorianas, vt falsas &
 erroneas, manifestis ac disertis verbis reiicit. Verùm

Gregorius. lib. 8.
Epist. 42. Nic-
phor. lib. 18. c. 50.
Damasc. in Ca-
tal. Hæret. Libe-
ratus. c. 19.

Ammonius lib.
4. c. 34 Paulinus
Aquilensis.

Felicianorum
error refutatur.

ne sic quidem quicuit Diabolus, Christi perpetuus ho-
stis; Sed anno à passio Christo 572. in scenam quoq; pro-
duxit Agnoëtas Hæreticos, qui cum primis Christi secū-
dum Humanam naturam, omniscientiam petulanter
impetebant. Et si autem pii Imperatores & Episcopi in
Nestoriana impietate radicatus extirpanda fidelem ele-
ctæ Iesu Christi Ecclesiæ operam nauare studuerunt,
nihilominus tamen nullo non tempore in quibusdam
Ecclesiis orientalibus hæserunt huius veneni semina,
quæ in publicum prodire vetuit consensus catholicæ
Ecclesiæ. In occidentali verò Ecclesia fuerunt etiam
Elipandus atq; Felix, Nestorii asseclæ, qui circa annum
Domini 792. statuebant, Christum quæ homo est,
non naturalem propriumq; sed nuncupativum & a-
doptivum esse Dei Patris filium. Ego verò eandem il-
lam siue locutionem siue propositionem, Auditores,
vereor vt Felici & Elipando possim simpliciter conce-
dere. Christum quidem secundum naturam Huma-
nam, neque esse eiusdem cum Deo Patre essentia, ne-
que ab æterno ex Sanctæ Trinitatis essentia genitum,
fateor, negari non potest: interim tamen de Natura-
rum discrimine] vsurpata intellectaque Felicis &
Elipandi oratio isthæc; *Christus quæ Homo est, non rectè
dicitur naturalis Dei Patris Filius*; à forma sanorum
verborum aliena est; quod qui negare velit, ne audiri
quidem in Ecclesia debet. Quid? ipsi illi duo Episco-
pi Hispanici, tanquam verè Nestoriani, meritò sunt
damnati: quippe qui Christi hominis personam ausi
sint spoliare vnigeniti atq; naturalis Filii Dei appella-
tione, id quod vel antithesis ab his ipsis vsurpata satis o-
stendit; docebant enim Christum quæ Homo est, non
Naturalem sed adoptivum Dei filium fuisse. Nos con-
trà & sacra scripturæ testimoniis, & rationibus ex Lo-
gico

gico Spiritus Sancti penu desumptis, Felicianismum cum Orthodoxis orthodoxè oppugnamus, hoc quidem modo: Quæ persona ab æterno nomen Filii Dei habuit per æternam generationem, ea ipsa in tempore idem nomen sortita & quasi hæreditate est adeptæ: κελληρονόμεμεν, inquit Apostolus. Angelum è cœlo audi prætereà, dicentem ad Mariam: quod ex te nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei. In Deitate autem vel in Christi persona, (verè loquar) non sunt duo filii, alter naturalis, alter adoptiuus. Et sanè delibèrent Feliciani, quomodo per Christum, quâ Homo est, nos ceteri ius filiorum Dei capeßere possimus, si ille ipse rem augustumq; hoc nomen, solâ adoptionis gratiâ, adeptus fuisset: ea etiam ipsa opinio, quo modo redemptionis opus atq; fructum non euacuet penitens, delibèrent rursus Feliciani: Nos interim *ad reliquos Nestorii affectas pergimus.* Quid? in Oriente, quid? in terra sancta, quid? in Arabia & India, inter Sarracenos, nonne fuerunt Nestoriani? & quidem anno Domini M. CXX. maximè, si Haymo fides habetur. Quid? adhuc hodie inter extremas Tartarorum sedes nonne Nestorianismi vestigia apparent? omninò: siquidem quæ Historiographi memorant, ea vera sunt. At verò in istius ipsius veneni reliquiis apud extremos Indos atq; Garamantas inquirendis me exerceri qui attinet? Quid? in mediis Ecclesiæ Iesu Christi visceribus, adeoque in ipso dulcissimæ patriæ Germaniæ sinu, hac nostra ætate utinam Nestorianismi germina non reperirentur! Hic nobis ἀξιολογημένον illud Dn. Lutheri succurrit: *Quis scit quot Nestoriani adhuc sint in Papatu, qui concilium Ephesinum magnoperè commendant, nec tamen quid cõmendent intelligunt.* Adde etiã illud, si placet. iã olim affirmavit idẽ

Lutherus

Hebr. i. v. 4.

Luc. i. v. 35.

Rom. 8. v. 17.

Super Euangel.
3. serm. pentecostæ.Boterus. lib. 2.
cosmog.Lib. de Concil.
tom. 7. Ien.
Germ. p. 203.

In vlt. confess. de
causa Domini,
tom. 8. lxx. p.
298. b.

De Nestoriana
controversia
statu.

1. Opinio.

Repudiatur.

Ep. 18. 14 &c.

Lutherus, Theologus ille verè magnus, inter Papistas multos esse Nestorianos, vel continuò patefactum iri, simul ac de Christi persona, atq; idiomature communicatione, mota fuerit disputatio. Istud quidem ipsum vtinam non item in Calvinistis, sicut in Scholasticis ac Iesuitis, verum euaderet! Complures enim Nestorianæ hæreseos partes, (etiam præcipuam quæ est λύσις τῆς ὑποστατικῆς ἐνώσεως) paucis commutatis & propè aliis veri is, maximo cum applausu, publicè venditāt & defensant Iesuitæ, horūq; hoc quidem in negotio, parastatæ ac collusores Calviniani. Ecce vulpes caudis iunctas! vide quò Sophistas abripiat studium contradicendi veritati. Isthæc, quæ dico, tam vera esse, quàm quæ verissima, hac luce clarius euadet vel ex ipsissimo statu Nestoriani certaminis. Sic autem se res habeat. Vides in S. scripturæ testimoniis explicandis, alicubi non consentire Theologos. Vides ita de statu controversia, qua inter Nestorium, & orthodoxos fit, discrepantes Theologorum numerari sententias. Fuerunt iam olim, non inter Theodosij Imperatoris aulicos solūm, sed insuper etiam inter quosdam magni nominis Episcopos, qui de certamine inter Cyrillū Nestoriumq; confiterentur λογομαχίαν esse meram. Hanc autem ipsam de λογομαχία calumniam, quàm grauiter diluunt Cyrilli epistolæ complures? rei etiam enarratio ipsa omnibus ac singulis ob oculos constituet, istius ipsius cavilli vanitatem, atq; vt cōmunis fert loquendi cōsuetudo, nullitatem. Et cui quæso persuadebis verisimiliter, λογομαχίας morbo illi, quo Constantinopolitanos clericos laborasse cōtendis, non nisi per œcumenicum Cōcilium melius fieri, afferiq; potuisse medicinam? Quasi verò paucorum Clericorum λογομαχία totum terrarū orbem cōmouere, adeoq; generalis synodi cōuocandæ causam suppeditare potuerit sufficiētem. Eat iam nūc
Acacius

Acacius & dicat, Nestorium in intellectu habere nihil, quod Apostolica fides aduersetur. Eat nunc Socrates & modò non clamet, Nestorium vocem duntaxat Dei param, veluti in solitam, præ insigni inscitia & ignoratione declinasse, repudiasse. Et quidem ex ignoratione Antiquitatis, ex lectione scriptorum Diodori $\omega\nu\epsilon\mu\alpha\tau\omicron\mu\acute{\alpha}\chi\epsilon$, & ex Mopsuestenæ Ecclesiæ Episcopi Theodori disputationibus, contra vnium in Christo naturæ assertores habitis, obtigisse Nestorio, vt tandem hæreticum suum dogma pepigerit, sunt, qui aiunt. Nestorio, inquam, superbo, indocto, arroganti, $\alpha\upsilon\tau\omicron\delta\iota\delta\acute{\alpha}\chi\lambda\omicron\varsigma$, qui putarit, se omnium doctissimū esse, alienorumq; librorum lectione opus non habere; his enim talibus epithetis, elegantibus scilicet, hominē istum instar Apellis, penicillo suo graphicè & artificiosè depinxit D. Lutherus, sanctissæ memoriæ. Porrò Pauli Samosatani Photiniq; dogma in proscenium reduxissē Nestorium, testis est Suidas, testes præterea sunt Theodorus presbyter Rhetensis, Liberatus Ecclesiæ Carthaginēsis Archidiaconus, atq; Phillippus Melanchthon. Iste ipse autē Samosatenus somniauit, Christum fuisse nudū hominem, duasq; in eo fuisse naturas separatim subsistentes, & nullā omninò cōmunionem inter se habentes. ita quidem, vt alius sit Christus, alius Deus $\delta\ \lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$, in Christo ad eundē planè modum inhabitans, quo in cæteris Prophetis habitauit, seruatis donorum gradibus. Certè Samosatani deliriis cognata quidē fuit Nestorii blasphemia, si modum spectes vnionis: at istum tamē verū Nestoriani certaminis statū fuisse, vtiq; illius ipsius opinionis assertoribus non concesserit Socrates, qui vel ex homiliis, quas Nestorius fecit, sat cōstare posse dicit, ipsum tre in Deitatis essentia $\upsilon\pi\omicron\sigma\tau\acute{\alpha}\sigma\epsilon\iota\varsigma$, quas Samosatenus ac Photinus negabāt, & credidisse, & cōtra Arianos & Macedonianos constanter asseruisse; solius item $\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$ incarnationē docuisse, nō Patris aut Spiritus sancti. *Andia*

Acacii (Melitenf. Episcopi) epist. inter Cyrilli epistolas est 16.

Socrat. lib. 7. c. 32. mihi pag.

481 a.

Cassiod. l. 12. tripar. hist. Cyrill. in epist. ad Successum.

Euagr. lib. 1 c. 2.

Lib. de Conciliis.

II. Opinio.

c 2. breuiarii.

Lib. 3. Chron.

Suidas in Pauli nomine.

Resutatur.

Lib. 7. c. 32. mihi

p. 481 b.

Ecclesiastica hist.

Cassiodori lib 12.

c. 4.

D

mus

II. Opinio.

Bress. c. 4.

In dial. edit. grae-
ca Roma. fol. 64.

Diluitur.

III. Opinio.

mus prater eam de Nestoriana cōtrouersia statu vel Theodoretī sententiā. Tribuit ille, Cyrenēsis Episcopus, Cyrillo hāresin Apollinaris, si Liberato credimus: horrēdas simul criminationes in Orthodoxos euomuit, sicuti testantur acta oecumenici Concilii sexti Cōstantinopolitani. Quę verò obsecro, & quales illæ in Orthodoxos calumniæ Theodoretī? Hic ipse existimauit Cyrillū & cæteros Ephesini Cōcilii Patres diuinæ essentia, quę ἀπαθὴς est, tribuere τὰ ἡνθρωπεία humana; duarū item in Christo naturarū οὐ γινώσκων asserere; nec nō diuinę naturę mutabilitatē statuere, Mariā θεοτόκον. hoc est Deiparā dicendo. Proinde pro Nestorii sententiā tuēda, ita misit vocē, quasi mota fuisset cōtrouersia, nō de ὑποστάσεως vnitatē, ac vnionis personalis notione vera effectisq; propriis; sed de naturarū discrimine atq; veritate. Amplius: non potuit nō reiicere Patrū & Cyrilli propositionem hāc, *Deus est passus ἀπαθῆς*. At verò ipsum illū Theodoretū; qui rectiūs edoctus missum fecit Nestorianismū, & in Orthodoxorū castra trāsīit, publice q; restitutus est in integrū; in synodo chalcedonēsi, sessione octauā; aut nō rectē affecutū esse cōtrouersias Nestorii, aut partiū studio, erroreue fascinatū, disputationis inter Cyrillū ac Nestoriū ortæ statum de prauasse, absit vt quisquam Christianus neget. Neutra enim pars impugnavit naturarū proprietates, earumq; discrimen: sed (vt verè dicam) de personæ Christi vnitatē quęstio fuit, Cyrillo agente, Nestorio negante. Ast vestrum etiam acumen de statu cōtrouersiarū Nestorii haud ægrē nobis explicare quæso, Calviniani dogmatistæ. Num fortasse respondebitis, *Nestoriū negasse communicationem idiomatum verbalem* (scu quæ de vnitatis in ecclesia formis loquendi, phrasibus aut prædicationibus tātūm intelligenda veniat)? ideonè ergò Nestoriū censerebitis damnatum, quòd admittere noluerit hasce phrasēs: *Deus est natus ex virgine, Deus est passus, Deus est*

est

est mortuus & sepultus? Itanè ergo in Concilio Oecumē-
 nico de sola phrasium quarundam vsurpatione dispu-
 tatū fuisset, omnisq; cōtētio tolli potuisset, si Nestorius
 orthodoxorum Patrum phrasēs recepisset, acceptas-
 set, retinendo interim sensum hæretici dogmatis sui?
 Certè si solis phrasibus fuisset contentio, Nestorius
 utiq; vel Archiepiscopatu restitutus, vel saltē anathe-
 matis vinculo solutus fuisset, simulatq; ei exciderēt hæc
 verba; *Dicatur Maria Deipara, & animorum offensiones sedē-*
tur. Addite præterea, si vultis, q̄ (verè loquar) necessariò
 ex opinione vestra colligitur, Nestoriū immeritò cōdē-
 natū fuisse hæreseos. Quid ita? Solæ locutiones, phrasēs
 & sententiæ nō faciūt hæreticum; si modò ab hæretico
 sensu aliena sit istarū declaratio, integris & iustis tracta-
 tib⁹ atq; disputationib. aliisvè scriptis grauib⁹ cōprehē-
 sa: itaq; Schismaticus fuisset Nestorius, nō hæreticus. I-
 stud verò ipsum quomodo cū Ephesina synodo, cū ipsis
 etiā Actis & dogmatib⁹, adeoq; cū vniuersa Ecclesia cō-
 ueniat, expēdite, quaeso, sodales, & quâ cepistis viâ, p̄gite;
 sic rectè vnā absurditatē cōplurib⁹ aliis absurditatib. cu-
 mulabitis & stabiliētis. Fingat iā nūc aliquis, q̄ Caluini-
 stas plerosq; omnes fingere nouim⁹, *Nestoriū personas in*
Christo duas per se subsistētes docuisse; facilis & plena solutio
 est: ad dualitatem personarum tandē recidisse Nestoria-
 num certamen, non negamus, sed totius controversiæ
 istius statum fuisse constitutum hunc, *Andue sint in Chri-*
sto personæ separarim subsistentes; id profectò negauit Nesto-
 rius, & sectatores fautoresq; eius veteres ad vnū omnes.
 Habemus enim Nestorium vnā in Christo personam
 confitentem in epistola ad Cyrillum scripta, in qua ea-
 dem vnicam quoq; in Christo filiationem statuentem
 habemus Nestorium: hunc ipsum habemus in eadem
 epistola verè orthodoxam nominantem Cyrilli do-
 ctinam qua duæ in Christo naturæ prædicātur, harūq;

D coniu-

Reiectum.

Niceph. l. 14. c.

35.

V. Opinio.

Redarguitur.

Tom. 4. operum

Cyrilli p. 25. c.

p. 9.

Annon idem hodie faciant Calvinista, quilibet estimare potest: Affirmant enim, vnam esse Christi personam; sed proprietatum communicationem negant, ut Nestorius. Vid. 2. Tom. Conciliorum, p. 662. Augustinum Epist. 95. 96.

Anne Nestorium communicationem idiomatum negantem, personarum dualitatis condemnare Patribus Ephesinis licebit: Calvinianos similiter unionem hypostaticam tantum nomina communicationis facere contententes, & veram ac realem Naturarum communicationem negantes, de personarum dualitate accusare nobis non licebit?

coniunctio in vnam personam: istum deniq; ipsum Nestorium habemus in fragmentis suis ad Tom. 4. operum Cyrilli adiectis, liberaliter concedentē, vnum tantū modō Filiū esse, Dei & hominis, Christum Iesum. *Quid inde?* Si ex cōfessione propria, secundum verborū sonum atq; *πντόν*, de Nestorio iudiciū ferre debuisses; ipsum subinde in hæc verba erumpētē, se in Christo vnū duntaxat filium, filiationem vnam, vnicā personam agnoscere atq; cōfiteri, indignè ægerrimeq; laturum fuisse credas, si de personarum dualitate accusatus fuisset: quū præsertim palām & constanter asseruerit, se vnicam in Christo credere filiationē, personam constituere vnicā, vnum solū modō filium profiteri; nec nō ad mortem vsq; clamauerit, iniuriam sibi fieri ab orthodoxis Ephesini cōcilii Episcopis, quasi duas in Christo personas profiteretur. Et sanè iudicādo iuxta sonum istarum locutionum de personæ ac filiationis vnitāte, quas phrasēs semper in geminabat Nestorius; vel iurasses synodū Ephesinam Nestor. nō acturā reū dualitatis personarū. At enim uerò qd fit? Plausibilibus hisce ipsis phrasibus Nestoreis haud obstantibus, Ephesini Cōcilii Patres orthodoxi nō dubitarūt expressis verbis damnare Nestoriū ideò, quòd Christū in duas omninò diuideret personas, quæ nihil inter se cōmune habeant: idq; ex vitiosa personalis vnionis dualitātē in Christo naturatū descriptione Nestoriana, falsa; item eorū quæ inde dependent ac promanant, notione colligūt atq; concludunt, vt rectissimè! vt verissimè! vt grauissimè! Namq; ad vnionē hypostaticā haudquaquā sufficit nuda appellatio siue vnus Domini, siue vnus personæ, siue vnus filii, siue deniq; filiationis vnus. Et si igitur vnicā Christi personā, & non duos Christos agnouit asseruitq; Nestorius: quia tamē apertè negauit proprietatū cōmunionem, & indignum Deo censuit, si

Deus;

Deus dicatur ex muliere natus atque passus: Propterea synodi Ephesinæ Episcopi rectè pronunciarunt, Nestorium diuellere naturas in Christo. Sublata enim communicatione, tollitur vnio: Negatâ, inquâ, id o matum communicatione, duæ Christi naturæ personaliter vnitæ distrahuntur, & duæ ex ipsis ὑποστάσεις seu personæ constituuntur. Idcirco vtrunque retinebatur personalis vnionis nomen, aut titulus, verum sensu tamen discrepante multum per omnem modum: ac proinde potissimum ambigebatur de sex capitibus seu quæstionibus sequentibus. Prima erat isthæc: An personalis vnio duarum naturarum Christi definienda sit, vel 1. per inhabitationem atque gestationem, vel 2. per æquiuocationem, vel 3. per operationis communionem, vel 4. per communem honorem, vel 5. per affectus vnitatem. Nestorius aiebat, aiebant quotquot id temporis ab eius erant partibus: Negabat Cyrillus, negabant cum eo patres Ephesini, negant etiamnum cum his & illo simul omnes verè Christiani. Et cæteras quidem quæstiones persequi ac pertractare aggrediar suo quamque loco, si strictim prius singula primæ istius, quam dixi, quæstionis membra explicuero, ad examen reuocauero. Personalem namque vnionem Filij Dei & filij hominis definiebat Nestorius (idem ad vnguem habendum ac iudicandum est de sectatoribus eius veteribus.) primò inseparabili παρυσίαι; vel ἁρξάσει, nec non τῷ λόγῳ inhabitatione in assumpto homine. Concretâ item appellatione nominabat Christum (seu hominis Filium, vel Mariæ Filium) Θεοφόρον, hoc est Deiferum. Censebat præterea hypostaticam vnionem definiendam esse gestationis voce; siquidem semper ingeminabat verba isthæc: propter eum qui gestat, adoro eum qui gestatur. Æquiuocatione porro seu communi nomine definiebat vnionem per-

Legitimus est germanus status controuersia inter Cyrillum atque Nestorium.

1. Cap. Nestorianismi, sive error Nestorij.

Vid Thomam Aquin. lib. 3. q. 2. d. 1. art. 6.

1. Vnio per inhabitationem ac gestationem.

Cyrillus de incar. c. 28.

2. Vnio per æquiuocationem, sive iuxta titulum.

D 3. sona.

III. Unio propter
operationem.

Cylli anathema-
sis. 7. 9.

IV Unio per ho-
norem.

Quaternione 10.
conf. Nest.

V. Unio per affe-
ctum.

Confutatio pri-
mi erroris Nesto-
riani.

sonalem. Marię namque Filium (seu hominis filium, seu hominem Christum) opinabatur rectè appellari posse Dei Filium, propter eum, qui ei iunctus est: proinde non esse duos filios Domino scilicet, sed Christum vnâ communi notione vnus Filij prædicandum esse. Operationum communiõne insuper definiebat incarnationem Filij Dei. Quia enim arbitrabatur τὸν λόγον in Christo omnia tanquam per animatum organum operatum fuisse, iccirco fatebatur τὸν λόγον atque Iesum Marię Filium rectè vocari posse personam vnã. Communis honoris dignitate etiam definiebat vnionem hypostaticam. Etenim sæpenumerò inculcabat, *se propter eum qui gestat, Filium nempe DEI, adorare eum qui gestatur,* putà hominis Filium. Tandem affectus communiõne definiebat incarnationem: propterea quod voluntati τῷ λόγῳ semper conformis fuerit voluntas hominis Christi filijque Marię. Quis verò ex verè Christianis Nestorio isthanc, quam vidimus, personalis vnionis descriptionem concesserit? quippe vitiosam, & cum orthodoxa sententia pugnantem? & multis modis? Nisi fortè sola gestatio sustentatioque Naturę assumptę in λόγῳ personalem vnionem definire, & abs cæteris præsentia gradibus distinguere potis est, (quod absit) & non ostendit tantum, quid actu secundo ὁ λόγος agat? sed etiam, quid (Verbum) primo & personali actu sit, exprimit? Porro nec titulorum, nec operationum, nec dignitatum seu honoris, nec denique affectus communiõ (seu diuinę atq; humanę voluntatis in Christo consensus) vnitatem personę constituit. Qui sic? res ipsa tantum non clamat, ista omnia haudquaquam ad vnitatem hypostaseos pertinere, sed ad secundum actum personę subsistentis. Manifestum itaque est istos vnionis modos, quos Nestorius confixit, omnes esse accidentales,

tales, siue accidentalem importare vnionem. *Ecquid vero in vnione personali describenda Nestorio ὁμολογητοὶ sunt Iesuitæ & Calviniani?* Maximè. qui dum? hypochondriacam vnionem duarum naturarum in Christo, quæ miraculorum miraculorum vocatur ab Augustino, sic definiunt, quod ὁ λόγος gestet ac sustentet humanam Naturam, ne redigatur in nihilum: dicunt etiam personalis vnionis differentiam specificam esse illam, quod nimirum assumpta natura gestatur ac sustentatur à toto & solo λόγῳ. Fingunt præterea τὸν λόγον ita esse incarnatum, vt in carne habitet tantum illo in loco, quem naturaliter occupat caro assumpta, alibi nusquam; adeoque in aliis locis infinitis sit (ὁ λόγος) extra carnem suam. Etiam hoc amplius, ausi fuerunt aliqui istorum scribere, quod esse in loco, & subsistere in λόγῳ, reipsâ vnum sint, & saltem ratione differant. Et quid aliud esse causæ credamus, cur è societate Calvinistica Sadeël vel in ipsa persona τῷ λόγῳ localem corporis existentiam, eamq; solam & unicam, tantoperè urgeat? Istum autem ipsum errorem Calvinianorum quàm produnt etiam similia, quibus Incarnationis mysterium ἀρρητον declarare (propè dixeram obscurare) conantur? nam τῷ λόγῳ vnionem cum assumpta natura cōparant vnioni, quæ est inter Solem & orbem suum, Antuerpiam & oceanum, gemmam an-

nulumq;: vbi manifestum est vnus tantum partis συναφείᾳ terminari vnionē. En verò tibi acumen Calvinisticū! en tibi haud scio num antehac vel auditas vel lectas hypochondriacæ vnionis similitudines absurdissimas, quas ad obscurandā & opprimendā veritatē attrahunt, & in subsidium desperatæ causæ adhibent Calvinistæ! *Missam facio causam tanti erroris:* eā enim ipsam si quæris, facillè inuenias licet: sentiunt nēpe homines ingenio sicut hisce tēporibus fertur, lōgè omnium acutissimi, carni Christi nul-

1. σύγκρισις
seu collatio veterum recentiumq;
Nestorianorum.
Pez. el. i. par. obit.
p. 177. 178. 179.
Coll. Maulb. p.
27. Bilsten. Dial.
p. 79. 259
Pez. el. Impost.
36. Coll. Manic. p.
84.

Coll. Maulb. p. 52.
147.

Confutatio
prioris membri
1. partis Nesto-
rio-Papismi ac
Nestorio-Calui-
nismi.

Tom. 2. VViteb.
fol. 265.
Hebr. 1 v. 3.

Aët. 17. v. 28.

Dialect. pag. 79.

nullum alium præsentia modum competere posse, præterquam localem ac naturalem. At verò ipsa illa orthodoxæ nostræ sententiæ firmamenta Nestorio iammodò opposita, vobis quoque opposita meminertis ò noui Nestoriani. Quod enim primò vnionem personalem, non per communionem hypostaseos τῷ λόγῳ cum Natura assumpta, sed per gestationem ac sustentationem, tanquam per actum secundum definitis, id hæreticissimè affirmari B. Lutherus iam olim dixit, vt verè! vt rectè! Gestat enim & sustentat ὁ λόγος omnia verbo potentia suæ. Et nos simul omnes etiam in λόγῳ (non tantùm in Patre Spiritu è sancto) sumus, viuimus & mouemur. Cumque creaturæ alicuius gestatio ac sustentatio sit gloriosæ Trinitatis opus ad extra, & indiuisum; hoc est, omnibus tribus personis commune; quid quæso obstat, quò minus totā Trinitatē dicatis incarnatā, si personalis vnionis differentiā specificam definit sola gestatio, sustentatio sola? Cæterùm istis de armis verè nostris, id est, ex sacrarum literarum armamentario petitis, quid tibi videtur, B. Isteni? quid? *Anne differentiam constitues inter sustentationem vniuersalem ac personalem: Sic opinor, quam verò tu mihi differentiam somnias? Cætera, inquis, sustentantur à tribus personis communiter: humana Christi Natura à solo λόγῳ & in toto (λόγῳ) sustentatur, ac gestatur.* Mirabile & lepidum caput. Quid? quo sacræ scripturæ testimonio, quid? quâ vel ex veteri vel ex nouo Instrumento petitâ ratione, quid? quâ S. Patrum autoritate, vnquam probabis humanam Christi Naturam à solo λόγῳ sustentari, ne redigatur in nihilum? Et non etiam à Patre Spiritu è sancto? Quid si contrarium demonstrari potest vel ex Trinitatis articulo? quod tandem os est illius hominis, qui Christianæ fidei ἀσύμφωνα audet dicere? & propugnare? Num igitur humana Natura à solo λόγῳ sustent-

stentatur? præter Trinitatis articulum, reclamation Christi secundum carnem conceptio, repugnat Christi resuscitatio ex mortuis, contradicit eius exaltatio ad dextram DEI, aduersatur eius vnctio stupenda; negat donatio omnipotentiaæ atque gloriaæ ac Maieftatis, quæ ei (Christo) itidem secundum carnem facta est: in hisce namque operibus omnibus, DEO Patri atque Spiritui sancto tribuuntur partes certæ Luc. i. vers. 35. Phil. 2. vers. 9. Rom. 8. vers. 32. 34. cap. 4. v. 24. vt taceam, quod à Patre se petit Christus ipse liberari ac defendi, Psalm. 16. v. 10. & 22. v. 2. 3. 10. 11. 12. Quid ergo? inquam: *Illud clara voce affirmamus*, humanam Christi naturam, à solo quidem λόγῳ personari, terminari communi autem totius sacrae Trinitatis opere ad extra & indiuiso gestari atque sustentari, ne redigatur in nihilum. Toto enim genere differe scias, subsistentiam & sustentationem: illa ad primum actum personæ, quatenus talis est; ista autem ad secundum actum, quatenus persona agit, referenda venit Quid verò? monstruosum Bilstenij caput somniat, humanam naturam à toto λόγῳ gestari. fortassis cæteras creaturas ab aliqua particula λόγῳ gestari putat homo iste. Quasi verò ὁ λόγος non sit Spiritus æternus, infinitus, & qui partem extra partem non habeat. Denique quando de hypostaticæ vnionis differentia specifica quaeritur, æque falsum & erroneum est, sive Christumingas hominem θεοφόρον (qui ferat Deum,) siue eundem Christumingas Deum ἀνθρωποφόρον: (qui sustentet atque gestet hominem:) illud de Christo affirmabat Nestorius, hoc de eodem Sacramentarij affirmant. Ipsum autem ferre, gestare, sustentare Deum, nonne longè aliud est, quàm esse Deum? ipsum itidem ferre, gestare, sustentare hominem, nonne obsecro longè aliud est, atque esse hominem? Omnino. Simili ali-

Vide can. quintum Ephes. concilij.

E quo

quo & exemplo res tota erit clarior. De anima humana rectè licet dicere, quòd corpus gestet suum, neque tamen hac ipsa gestatione definitur forma vnionis essentialis. Nequaquam enim ideò anima informat corpus, quia istud gestat; sed è contrario, quia istud informat propterea gestat istud. Quamobrem qui ex Patribus ante Nestoriana certamina Christum appellarunt θεὸν σαρκοφόρον, carnemque Christi σάρκα θεοδόχον & θεοφόρον: eos hisce appellationibus non actum primum personalem, sed personæ actum secundum exprimere voluisse, tam in procliui est, quam pluuia, cum est imber.

*Ignatius Epist.
ad Smyrenses.*

*Athanasius Nys-
senus.*

Quòd porrò etiam dixi, Calvinianos fingere, τὸ λόγῳ in carne in habitationem, naturæ item humane in ὑποστάσει λόγῳ præsentiam, unico ipsius illius loci spatio, in quo Christi caro naturaliter est, definiri ac terminari, id, quemadmodum spero, non agrè feretis Aduersarij; noui, non reformandæ siue denuò formandæ, ut vos dicitis, sed deformandæ religionis artifices.

*Examinatio ac
ἀνασχευή*

*posterioris mem-
bri I. partis Ne-
storio Iesuitismi
ac Nestorio Cal-
uinismi.*

Quòd insuper addo, vestrum aliquos dicere, imò præmeditatè scribere; *localiter esse, & personaliter existere in λόγῳ, sunt τὸ αὐτὸ & unum*; id verò vos neque poteritis negare, nec (ut arbitror) audebitis. Atque quantà cum impietate coniunctus sit iste ipse error vester, facilè vident synceri Christiani omnes. Quæ, inquam, statuitis, & quasi vestro sumitis iure Calviniani, quis hoc homo Christianus tam impudens, tam insanus, tam ferox, tam proteruus, tam omnia fidei capita ad humanam rationem in spiritualibus cæcutientem referens, probare posset? & pertinaciter defendere auderet? Unico ipsius illius loci spatio, in quo Christi caro naturaliter est, definiri ac terminari τὸ λόγῳ in carne in habitationem, naturæque humane præsentiam

tiam in Verbi persona, ita ut in carne suâ λόγος illo unico in loco tantum habitet, quem naturaliter occupat caro assumpta, alibi nusquam in ea inhabitet? *Summo* equidem *iure non agam vobiscum*, Zuingliani. Proferret quispiam alius, insita seu ex sacris scripturis desumpta argumenta, numero plurima, genere optima, sermone clarissima, pondere grauissima, quæ cum vniuersa in vos impetum fecissent, tum singulæ istorum propositiones litem vobis intenderent, grandem vobis dicam scriberent: Quæ, inquam, aut personalem assererent vnionem, localem contra reiicerent, quam vos docetis; aut vos ex veritate cælesti & iure diuino *ἁριστολύτας* vocarent, nudæque *παρυσίας* Nestorianæ propugnatores strenuos, quippe qui vestræ combinationis figmento Christum dissolueretis in duas personas, quarum altera sit dicaturque λόγος extra carnem, & in carne præsens, altera verò λόγος carne vestitus.

Oppugnaret vos primum ratione petitâ ab essentia τῆς λόγος simplicissima, vindicaretque nihil quidquam dubitationis relinqui, quin talis partium dimensio, qualem vos fingitis, haudquaquam cadat in essentiam τῆς λόγος simplicissimam.

Ostenderet prætereâ, τὸν λόγον audire ens absolutissimum in seipso ac perfectissimum, totum præsens vbique & implens omnia, minimo item corpore minus, maiusque maximo: eundem λόγον non esse quiddam mole magnum, neque eius partem aliquam hîc adesse, alteram verò alibi, conuinceret.

Instaret hoc modo: Præsentia & inhabitatio τῆς λόγος in assumpta carne, toto genere differt ab aliis præsentie Dei

gradibus: hæc ipsa autem vnio etiam perpetuò ἄλυτος est, locorumque διαστήματα seu interualla nulla admittit: non quoque definitur existentia τῷ λόγῳ extra carnem, sed personæ κοινωνία, & quæ ex ea oritur, in habitatione totius plenitudinis Deitatis in carne: Quæ sanè rationes, quicquid dixistis, id vos ipsos negare cogent. Sed ego istis supersedeo, ne videar nimis præcisè vos urgere. Mihi tamen respondeatis velim, Nestorianæ distractionis, quæ in diuinam Iesu Christi personam grassatur, patroni & optimi & fidelissimi: quo ore, quo calamo, quâ fronte, quâ conscientia, duplicem carnis Christi præsentiam agnoscere abnuatis, & nihilominus tamen pro Nestorianis haberi nolitis. Ego interim contra, nî sub candida prædicationis verbalis, & concretarum aliquot locutionum nasutaque eruditionis veste latitantem lupum Nestorianum, vt par est scilicet, reuerer; nî item vos, Caluiniani, disputationum vestrarum & interrogationum laqueis Lutheranos irretitos tenere diceremini; carnis Christi præsentiam duplicem ab eo, qui Nestorianus & esse & haberi nolit, agnosci credique vincerem oportere: Christi simul carni, præter naturalem ac localem præsentia modum, alium etiam competere, ostenderem. isti vestro errori vtique opponerem: humana Christi natura respectu essentia suæ terminata est membrorum circumscriptione ac dimensione, secundum quam in loco fuit circumscriptiue localiterque: alium etiam præsentia modum habet, respectu subsistentia personalis, qua nobis est dissimilis, ac non in se, sed in Filij Dei persona infinita & spirituali subsistit, in qua non creato aut finito, sed increato & infinito termino, immensisque finibus clauditur. Obiicerem, quòd localiter in λόγῳ subsistere haudquam potest Humana Christi natura, siquidem nec λό-

γῶ lo-

γ & locus est, nec sunt in eo loca locorumq; interualla. Ita q; supra loci respectum, imò extra & supra omnem omnium creaturarum conditionem, mentiumq; humanarum captum, euecta est natura Christi Humana per assumptionem in hypostasim ἡ λόγος, & totus ὁ λόγος, quem non capit totus mundus, omni plenitudine Deitatis suæ, habitat in assumpta carne totus ac totaliter; indeq; caro ista ἡ θεῶ συνθρον & facta, & in diuinæ hypostaseos consortium recepta, alium (præter localem & naturalem.) præsentia modum sortita est personæ diuinæ competentem. Quid verò? num carni inclusus ὁ λόγος est, ita vt Christi corpus pro loco habendum sit, cui λόγος includatur? absint à piis mentibus cunctis profanæ istiusmodi cogitationes! Quid? diuina natura nonnè infinita? & omnipræsens? Maximè. Quid? Christi Humana natura nonnè finita est, partiumq; dimensione circumscripta? Prorsus assentior. *1. Iohan. 1, v. 2. 3.* Sed hoc tamen addo: quòd ὁ λόγος carnem extra loci statum & conditionem in illocalem hypostasim suam, absq; vlla essentia abolitione assumpsit, idcirco nihil ipsa illa carne præsentius habet vsq; iam locorum in toto terrarum orbe.

At enim uerò à Iesuitis atq; Sacramentariis parumper abeamus quando quidem non tantum vera vnionis personalis definitio inter Orthodoxos atq; Nestorianos ambigebatur, sed insuper *realis idiomatum communicatio*; seu ipsa etiam τῶν ἰδιωμάτων ἀντίδοσις, vnde personæ ταυτότης euincitur. Nolebat autem Nestorius cum suis, aut diuina idiomata de Christo homine, aut Humana de Deo Verbo realiter, id est, in rei veritate prædicari debere: sed diuina Deo tantum, Humana soli homini competere, sentiebat. Vnde etiam exclamabat: *Noli gloriari Iudæ; non enim Deum, sed hominem crucifixisti.*

II. Caput Nestorianismi, seu II. error Nestorii.

E. 3

quæ:

quæ voces nihil aliud volunt, quàm quod sola Humana natura pro nobis sit passa, & nulla prorsus communicatio passionis Deo, cū Humana natura intercedat. Atq; hinc quoq; subsequentes hæ Nestorii propositiones portentose ac erratæ nascuntur, Cyrilli conciliiq; Ephesini anathematismis damnatæ: *Bimestrem aut trimestrem factam nequaquam dixerim Deum*, aiebat. Item: *Maria non est Θετόκος: Filius Mariae gestatur a se, et etatur a filio Dei: Homo Christus est Θεόφορος: Christi caro communicata est Deo per dignitatem aut diuinam habitationem: alius est Christus, alius Dei verbum: ὁ λόγος est Deus*

Cyrilli anath. 2. & *Dominus Christi Deus non est passus, crucifixus, mortuus, neq; factus primogenitus ex mortuis: Emanuel vel Christus non est veraciter Deus.* O impiarum ac blasphemarum propositionum Nestorianorum portenta! Ecquid verò in ἀλλοιωσι

I. collatio veterum & recentium Nestorianorum.

ῶσι id est, solâ nominum alteratione, verbalisq; communicatione fingendâ, propugnandâ, recentiores discipuli (Iesuitæ & Calvinistæ) à præceptore ac Patriarcha suo Nestorio distant? minimè gentium. Etenim in propositionibus; *Deus est passus, Christi caro est viuifica, Homo est omnipotens*, & similibus aliis, prædicata arbitrantur de naturis quidem realiter enūciari, de persona verò non realiter, sed verbaliter tantum, & per ἀλλοίωσιν, quam iã

Dan. contra Ch. p. 304

olim D. Lutherus *Diaboli larvam* appellauit meritissimò. Istarum namq; propositionum subiecta explicant per allocosin hoc modo: *Deus est passus*, id est caro deitati vnita passa est: *Christi caro est viuifica*, hoc est, diuinitas carni vnita viuifica est: *Homo est omnipotens*, id est, Deitas Humanitati vnita omnipotens est. Atq; in hisce propositionibus dicunt esse communicationem idiomatū verbalem sine vllis rebus. Quod si verò Ephesini Patres Calvinianis opinionib. imbuti fuissent, utiq; ἀλλοιωσι

ῶσι isthac litem Nestorianam, Nestorio consentiente dirimere potuissent faci limè, dicendo, in propositionibus

bus

bus controuersis, Deus est natus ex virgine; passus, mortuus, &c. nihil esse reale, sed solā nominum permutatiōnē, hoc sensu: Humanitas Deitati vnita nata est ex virgine, passa & mortua: quam ipsam declarationē citra cōtradictionem omnem vtraq; (q̄ dicitur) manu accepturus Nestorius fuisset. Iam autē illa nō longā orationem desiderant, quam obrē non modò inquirēdum sit de naturarum propriis, sed ostendendū etiam quomodo ista vni personę cōpositę competant verē & realiter. Quę enim naturis realiter, hoc est, Physicē cōpetunt, ea cōpetunt & quadrant personę realiter, hoc est, hypostaticē. Et ita asserenda est naturarū veritas, ne personę lædatur vnitas, sed cōseruetur. Itaq; *Zuinglianos grauitē reprehendit Lutherus*, q̄ *allaosi sua redemptionis nostrę mysterium totū evertant*, dum Christi passiones atq; mortē soli quidem naturę Humanę realiter adscribunt, personę verò verbaliter rātūm: atq; inde quid, bone Deus, aliu d. cōficitur ac sequitur, quā in Christi mortē esse puri hominis mortem, quę certā quadā loquēdi formulā (sine tamē rei veritate) Deo tribui possit? Quis verò sanus ipsis illis hoc cōcesserit, *καὶ ἡ ἀνθρώπων* passionibus, morte ac obedientiā, in finitam vim diuinę irę & calamitatū nostrarum expiari tolliue potuisse? quid? istuc certē ipsum vt fieret, deum pati q; necessum erat, q̄ vel eadē de causa homo fieri voluit quò in assūta natura pari posset atq; mori nō verbaliter, & secundū dici, sed verē ac realiter. Verū enim verò ad Nestoriū redeat oratio. Querebatur enim ac disceptabatur etiā *de diuinę operationis cōmunionē carni assumptę factā, nec nō de viuifica facultate carnis Christi.* Nestorius namq; cēsebat τὸν λόγον in efficiēdis miraculis vsum esse operā Iesu filii Marię non aliter atq; Petri & Ioh. Hoc eodē sensu hēm assumptū aiebat diuinitatis organō fuisse, vsumq; spiritū sanc. operatione veluti aliena virtute

varios Nestorianismi.

Bisaccus contra D. Gerlach.

Besa contra Moth. mihip. 213.

III. & VI. capus Nestorianismi, sive III. & VI. error Nestori.

Cyrilli anathem.
II.

III et IV. colla-
tio veterum ac
recentium Ne-
storianorum,

Basiliensis 30.
contra disp. vvi.
seb.

Dan. contra D.
Chen. p 305. 401.

Rufutatio III.
& IV. partis
Nestorio Iesuiti-
mi & Nestorio
Caluinismi.

virtute. Atq; in ista operis communione arbitrabatur personæ vnitatem consistere. Nihilominus tamen ita diuidebat opera seu actiones inter λόγον & Iesum Mariæ Filium, vt alias Deo soli tribueret, alias homini tantum adscriberet. Virtutem quoque viuificandi penitus carni Christi ademptam, soli Deo verbo attribuebat Nestorius: quia nimirum assumptam carnem non credebat propriam factam esse Verbi viuificantis & assumptis. Quod sanè, si non est Iesu Christi personam diuinam discerpere, distrahere; fateor magnam Nestorio factam iniuriam. Qui nam verò illi sunt qui hac nostra ætate similiter negant diuinæ ἐνεργείας communicationem, carni assumptæ factam, per & propter intimam naturarum συνειρήνησιν, ex qua carnis Christi vis dependet viuifica? Annon Iesuitæ ac Sacramentarii? Quinam enim sunt, qui blasphemant assumptæ carni in ipsa vnione cum λόγῳ, eiusq; respectu, nec re nec nomine cōmunicari vim atq; efficaciam diuinæ operationis sapientieq;? annon Iesuani & Caluiniani? qui falsa isthac, quam dixi, hypothesi iuâ nixi, andem carnem assumptâ diuinâ quoq; viuificandi virtute, concessâ à λόγῳ & traditâ, spoliant atq; denudant? nonne Esauitæ ac Calvinistæ? qui deniq; Humanæ Christi naturæ omnem etiam adimunt operationem, in executione officii Mediatoris, & spiritualium beneficiorum applicatione efficaci? nonne id factitant Lajolani fratres atq; Zuingliani? Nos autem ex Dei verbo cum Orthodoxis orthodoxè affirmamus, effectum personalis vnionis necessarium esse diuinæ operationis κοινωνίαν, assumptæ carni factam: ita verò eandē statuimus definiendâ, vt ὁ λόγος miraculosa opera seu ἀποτελέσματα mente consciâ, & consentiente voluntate Humanâ, virtuteq; communicatâ, per illam (carnem assumptam) & cum illa verè effecerit. Atq; hoc

hoc quidem in negotio notatu cum primis dignæ sunt
 D. Lutheri (viri cuius & quanti?) regulæ. Quænam ve-
 rò istæ obsecro? *Actiones atq; passiones non sunt naturarum,
 sed personæ,* (hoc est, actiones & passiones Christi redem-
 ptoris, non sunt singulis naturis seorsim, sed toti perso-
 næ attribuendæ.) aiebat ille. Item: *Ad operum diuisionem,
 necessario sequitur personæ diuisio.* Istuc autem ipsum Scho-
 lastici Doctores sic efferunt: vnum est principium Quod o-
 peris Mediatoris, videlicet vnus Christus, & vnum sup-
 positum seu vna persona agens omnia; quia actus
 sunt suppositorum & singularium, vt Thomas loquitur.
 duplex est principium Quo, duæ nimirum naturæ, tan-
 quam formæ duæ: forma nãq; dat agendi causam Por-
 rò *Christi carnem non esse viuificam* facultate viuificâ (*δύ-
 νάμει ζωοποιτικῆν*) Dei Verbi propriâ, & à λόγῳ realiter p-
 vnionem ipsi (carni) communicatâ, facile quidem à Ne-
 storio dici potuit: Nos tamē, nisi legitimè probauerit,
 nondum ei possumus assentiri: quibus cōstat, qui illud
 ipsum affirmet, eum oportere contradicere in faciem
 tūm Seruatori manifestè affirmati, *carnem suam esse cibum* Iohan. 6. v. 51.
dantem mundo vitã; tūm euidētibus miraculis per cōta-
 ctū carnis Christi factis, tūm verò etiã Eucharisticæ in-
 stitutioni, in qua cibus ille salutaris distribuitur ad viui-
 ficationem spiritualem. Et quid, amabo te, de cōmuni-
 catione æternæ omnipotentis sapientiæq; (non quo ad
 in hærentiam physicam, sed quo ad personalē possessio-
 nem cōmunemq; vsus) potest dici illustrius, quàm qd
 Iohannes inquit, Christo nō fuisse datū Spiritum ad mē- Iohan. 3. v. 34.
 suram: & quòd Petrus ait, *Christum vnctum fuisse spiritu* Act. 10. v. 38.
sancto virtuteq; ad sanandū omnes oppressos à Diabolo? Seruator
 ipse testatur, *hanc sibi, quatenus filius hominis est, datam es-* Ioh. 5. v. 27.
 se potestatem, vt totum terrarum orbem iudicet, cor-
 diumq; occulta omnia. Quid? plenariã officii potesta-

F

tem

tem & auctoritatem, qd? sciētiam æternam atq; in finitam, in agnitione ac diiudicatione omnium omnino cogitationum & actionum humanarum, qd? potentiam infinitam, in decisione ac executione latæ sententiæ, nonnè citra omnem dubitationem requirit iudiciarius ille actus extremus vniuersalissimus, singulis horarum momentis expectandus omnibus ac singulis hominibus tam viuis quàm mortuis? Quod si igitur impiū totius vniuersi commissum est Christo quatenus est fili? hominis, exaltatus in dextra Dei; necessariò eidem vnà cum officii potestate, comunicata est istud ipsum exequendi vis & facultas diuina: quàm certè numero vnà & æternà humana Christi natura nō in se, sed in ἡ λόγος hypostasi æterna ac diuina possidet ad vsum cōmunem. Sed vt eò reuertatur, vnde huc declinauit, oratio: Disputabatur præterea de adoratione Christi quā Homo est. Mirabile verò caput Nestorii & mutabile! in aliis de hoc mysterio questionibus in defectu peccabat. ita Christi quidē naturæ Humanæ τὸ ἴδιον, ipsi cōtrὰ λόγῳ τὸ αὐτῆς τῆς α, incarnationis respectu detrahebat. In questione autē de adoratione Christi secundum carnē qd est quæso in excessu precare, si hoc nō est, quādo religiosæ adorationis honorē Iesu Mariæ Filio (seu Christo homini) ita defererebat, vt eū cum Deo verbo coadorandū, & conglorificandū diceret. Atq; de ista loquendi formula quidē rectè cōfitebatur Cyrillus, Nestoriū particula σὺ manifestè vnū Christū in duos diuidere, perinde ac si dicā Iohannē cū Petro coadorandū esse. Ita n. Cyrillus canonē 8. Ephes. interpretatur: Statuimus excidisse à pietate dogmatū eos, qui audent dicere, assumptum hominem adorandum cum filio & Deo, vt alterū cū altero. Nam siquidem ipse est Deus & Homo, ipse adoratus sicut vnus adorandus est adoratione vnā, & nō coadoratus & cōglorificatus Deo, ne Emanuel credatur esse Homo simpliciter cōmunis, & sic vt nos diuinæ gra-

V. Caput Nestorianismi, sive V. error Nestorii.

Cyrrill. anas hem.
8.
Refutatur.

tie particeps. Et sanè nō iniuria qdē damnabatur ἀπο- *In anathem. 8.*
 πο/ρειας Nestorius: eò q̄ Iesum Mariæ filiū, quē verū Deū *defensi. contra*
 esse per negabat, religioso adorationis cultu honoran- *Orientales.*
 dum doceret. Fidem enim in adorante præsupponit *Rom. 10. v. 14.*
 adoratio: omnem ergo cultum filialis fiducia, spei ac
 it. moris soli Deo debitum, Nestorius transtulit in per-
 sonā merè humanā, contra tot expressa oracula diuina.
 Nā, vt taceā reliqua, Gloriā meam alteri nō dabo, inquit *Esai. 42. v. 8.*
 Dominus apud Elaiā, Prophetarū facilè principē. Verū
 ab eo è Nestorio; qualia, amabo, *de hac ipsa questione docēt*
Iesuitæ & Calviniani? talia certè quæ nō pietatis argumēta *V. Collatio anti-*
 sint, sed Epicurei cōtemptus, & Lucianæ irrisio: talia, *quorum atq. No-*
uorum Nestoria-
 inq̄, quæ horribili impietate laborēt ac blasphemiā: talia *norum.*
 tandē, ex quibus vel solis, veluti ex vnguibus leonē agnosce-
 re liceat ipsarū illarū disputationū, in quibus Christu quā
 homo est, maiestas diuina oppugnatur, autorē; nēpè *an-*
ti quū illū draconē, seminis benedicti hostē iuratū, Christi ad- *Gen. 3. v. 15. A-*
 uersariū. Et negatis adhuc, Auersarii, disputationes ve- *roc. 12. v. 9.*
 stras de hoc ipso Christianæ fidei capite autorē habere i-
 pssimū Satanā? quo ore? qua frōte? Quid multa? fremāt
 omnes licet; dicā q̄ scio nō esse extra veritatē. Vel à pri-
 mis initis Christianæ religionis nostræ, vix aliqui exti-
 tere hæretici homines, credo, qui negare ausi fuerunt
 Christi carnē in λόγῳ hypostasi veræ ac religiosæ adorationis
 obiectū esse: Iesuite verò & cū primis Sacramentarii
 nō modò negāt istuc ipsum; sed etiā locum Ieremiæ 17.
Maledict̄ q̄ confidit in homine, ad Humanitatē Christi ne-
 fariè accōmodant: ac proinde q̄ Christi carnē in hypo-
 stasi Ἰσ λόγῳ cōsideratā, vnā indiuisā adoratione adorat,
 eū non obscurè *docēt* (totus propè cohorresco referens)
maledictū esse ex ore ipsi⁹ Dei. Sed benè habet: brutū & hu- *Daneus in eadē*
 manū fulmē est, vt paulò pōst pbatū dabimus. Zuinglo *contra Chemnit.*
 Calviniani, vt modò dixi, *hæc de adorāda carne Dn. doctrinā*
& sententiā nostrā, vt impiā execrātur. Vides a. omne mēd-
 cū multiplex esse & variū; vides ita vulpes caudis iūctas:
 F 2 nempè

nempè apertos Calvinianos, & clācularios: Illos intelli-
ge quos nec nominis pudet, nec professionis; istos autē
pro Calvinianis haberi nō volunt. In sentētia quidē cō-
ueniunt, qua negāt carnī Christi cultū invocationis re-
ligiosæ: sed interim *verbis dissident*. Illi enim apertē asse-
runt, carnem Christi nō esse adorandā, neq; esse eam in-
vocationis subiectū: quinimō nec totū Christū esse ado-
rādum, sed solam deitatem. Isti autē nobiscū loquūtur,
sed nobiscum tamē non sentiunt. Aiunt enim cultū a-
dorationis pertinere ad officium Christi, & totum Chri-
stum iuxtā vtramq; naturam esse invocandum. Et quis
nō existimet, hisce verbis Christo etiā secundū Huma-
nitatē de ferri religiosæ adorationis honorē? *Sed au*: in
explicatione hoc tantū voluit dictum: q̄ totus quidem
Christus ita in vocādus sit, vt ab ipsius diuinitate petā-
mus bona necessaria; quæ vera est, & religiosa adora-
tio; eius verò (Christi) Humanitatē in super honore ex-
terno afficiamus, & ciuilit̄ genua corā ipsa flectamus,
quæ politica est reuerentia, sicuti reges & cū regibus sce-
ptrū ac coronā adoramus, à rege quæ volumus petētes
regis autē insignia simul honorātes. Et *q̄ ita sentiāt isti re-*
nebriones, ex ipsorū verbis manifestū est. Etenim illud Pauli,
vt coram ipso flectatur omne genu nouā significatione red-
dunt, contra omnem scripturā, planè hæresio more; q̄
nimirū genu flectere istic loci dicatur, qui ciuili genu ū
flexione carnem Humanitatemve Christi honoret. Præ-
tereā isti veritatis Aduersarii, quantū in ipsis est, Huma-
nitati denegant veram ac realem cōmunicatiōē omni-
potentiæ, omnisciētixq; ac omnipræsentiæ: quomodo
igitur potest Fiduciæ ac religiosę invocationis cultæ affi-
ci, quæ nec nobiscū omnib. in locis p̄sens, nec vota & ge-
mitus cordis nostri introspicit, nec iuuandi facultatē
seu diuinā potentiā & infinitā virtute instructa est?
quò

*Crypto caluina-
norum aut semi-
cinglianorum
fraus ac impostu-
ra sub vocabulo
Adorationis seu
Inuocationis.*

*Locum Phil. 2. v.
Io. exponunt de
ciuili genuum
flexione.*

quomodo denique quicquam debet, aut potest
 Fiduciam cordis dirigere in humanitatem Christi, & in
 eam confidere? siquidem in vniuersum diuinitatis idio-
 mata, è quorum numero etiam est cultus Fiduciæ & ad-
 orationis, Humanitati à λόγῳ concessa & realiter com-
 municata non sunt, secundum cacodoxam aduersario-
 rum opinionem, vel potius blasphemum errorem.
 Inunc & nega Philippo-Caluinistas, Zvinglianam seu
 Calvinianam sententiam suam celare, ac simul impe-
 ritiorum oculis animisque glaucoma obfundere, vel
 eo ipso, quod aliud loquuntur, & aliud sentiunt. *Tanta*
autem impietatis & blasphemiæ causam queris? Hanc accipe
 nulli non obuiam. Vident, vti ferunt, acerrimorum in-
 geniorum homines, concessâ ad Christum, etiam se-
 cundum carnem directæ adorationis Maiestate, neces-
 sariò concedi simul oportere, personalem κοινωνίαν o-
 mnipotentia, omniscientia ac omnipresentia. Si enim
 Christus quâ homo, est inuocandus: utique etiam co-
 gnoscet corda inuocantium, iisdem aderit opemque
 feret, alioqui inanis esset inuocatio. At verò ipsum Dei
 verbum scriptum, quàm quæso perspicuè & clarè deter-
 minat isthanc, quam dixi, quæstionem? Philip. 2. vers. 9.
 Istic enim adorationis honor, Christo ex gratia conces-
 sus dicitur atque traditur. quod utiq; ad Christi diuini-
 tatem naturamve, officij respectu, referre neque possunt
 aduersarij, nec potuerunt vnquam. Et quo colore pos-
 sent? quâ verisimilitudinis specie potuissent? Atque
 inde est, quod *Ephesus Canon 8.* vnâ adoratione Ema-
 nuelem honorari, vnâque illi glorificationem, sicut
 verbum caro factum est, adaptari oportere docet. Iste e-
 nim canon à patribus Ephesis Nestorio oppositus, i-
 ta habet: *Si quis audet dicere, assumptum hominem coadoran-*
dum Deo Verbo, & conglorificandum, & connuncupandum

*Castigatio V.
 partis Nestorio-
 papismi ac Ne-
 storio-Calvini-
 smi.*

Deum, tanquam alterum cum altero. Nam **C** **O** **N** syllaba super adiecta, hæc cogit intelligi; ac non potius vnâ supplicatione veneratur Emanuelem, vnâq; ei glorificationem dependit, iuxta quod Verbum caro factum est, anathema sit. Hæc canonis verba coadoratione, quippe q̄ duas faciat ex vno Christo personas, refellunt. e contrario adorationem Christi secundum vtramque naturam stabiliunt. Nos etiam vt coadorationem reiicimus, ita Christum secundum humanam naturam quoq; adorandum esse & credimus & dicimus. Quod autem volumus, hoc ipsum etiam liquido probant exempla piorum, Christum *Davidis filium* religiosè invocantium, attestantibus Euangelistis passim in noui Instrumenti scriptura Apostolica. Christus autem est filius David secundum humanam naturam. Ergo hanc Christi naturam isti adoratores minimè excludunt; sed adoraturi Christum, coram sancta etiam ipsius humanitate genua religiosè flectunt, atq; etiam in homine & Davidis filio Filium **D** **E** **I** se adorare statuunt. Nos verò similiter statuimus, vnâ latriâ & adoratione adorandum esse totum Christum Deum & hominem, (*θεῶν ἄνθρωπον*) non seorsim quidem inuocatâ humanitate, more Nestoriano; sed & non exclusâ a cultu fiducia atque inuocationis, imò potius inclusâ humanitate in personam *τῆς λόγῃ*. Ne sim prolixior, addam hic vnicum duntaxat verbum: humana Christi natura (vt quemadmodum sentio, loquar) est religiosæ adorationis obiectum, non ex vi naturæ suæ, (absit) sed ex *λόγῃ* hypostasi, & quatenus intra hanc eandem subsistit. Neque enim Christi humanitatem in inuocatione seorsim alloquimur, vt *ὑφιστάμενον* vnum; itemque seorsim diuinitatem, vt *ὑφιστάμενον* alterum: id quod Nestorius faciebat, cui isthunc, quem dixi, canonem rectè opposuerunt Synodi Ephesinæ Episcopi. Sed ad personam
dua.

duabus in naturis subsistentem dirigimus preces, eo, qui iam nunc explicatus est, modo ac ratione. Redeo tandem ad Nestorium. Nam simul etiam quaestio erat de Christi officio sacerdotali, huiusq; exercitio in oblatione sacrificij in cruce. Dum enim τὸν λόγον non esse Pontificem & Apostolum confessionis nostrae defendebat Nestorius pertinacissimè, (vt ex Cyrilli anathematismis patet, itemque ex Orientalium ac Theodoretii defensione.) simul sacerdotale Christi officium & mediatoris partes, gratiâ quarum incarnatus ὁ λόγος est, penitus euacuabat. Si namque IESVS Mariæ Filius ἡλὸς ἀνθρώπου fuisset, ex sententia Nestorij loquendo; profectò iræ DEI onus immensum, poenamque æternam peccatis nostris debitam, sustinere neutiquam potuisset. Sicine illius item obedientia actiua & passiuâ, vel infiniti fuisset meriti atque valoris, vel ad humani generis redemptionem quicquam faceret? Quid verò? annon infinitum bonum erat offensum? annon infinita calamitas nos manebat simul omnes? Annon infiniti valoris λύτρωσιν redimendi fuimus? Hoc autem tale nûm puri hominis opera præstari potuit? Non ita: quid? DEI humiliationem, quid? DEI passionem, quid? DEI mortem nonne hæc causa postulabat? Inde est quod Scriptura disertè ait, *Dominum gloriae esse crucifixum*, i. ad Corinth. 3. ipsum *Dei filium nobis datum*, Esai. 9. *mundo datum*, Iohan. 3. *pro nobis in mortem datum esse*, Romanor. 8. *DEI Filium per semetipsum purgationem peccatorum nostrorum fecisse*, Ibidem: *Deum Ecclesiam redemisse sanguine suo*, Actor. 20. Omitto iam huius generis testimonia alia non pauca, quæ ex ipso DEI verbo depromi possent, si non habenda mihi esset ratio & temporis, & nobilissimi huius auditorij. Quod verò de IESV Mariæ filio tantopere asseueravit

VI. Caput Nestorianismi, siue VI. error Nestorij, & quidem bimestris.

Redarguitur prius membrum sexti erroris Nestorici.

Examinatur posterius membrum sexti erroris Nestoriani.

Nesto-

Nestorius, eum pro semetipso obtulisse Deo patri sacrificium: Id sanè quàm sit impium atque ineptum, pias mentes nullo negotio intelligere arbitror. Quot enim, quæso diuinarum scripturarum testimonia Christum ab omni omninò macula peccati liberant? Esaias c. 53. v. 9. Petrus 1. suæ Epistolæ c. 2. v. 22. Iohan. 1. Epist. Canon. c. 3. v. 5. & in suo Euangelio c. 8. v. 46. Paulus post. ad Cor. 5. ver. 21. Autor ad Hebræos c. 7. ver. 26. omnes ac singuli Christo innocentia, perfectæque sanctitatis & integritatis testimonium perhibent. Simul eundem Christum quàm homo est. perfectè integrum sanctumque esse, validè demonstrat, tum sanctissima eius (Christi) conceptio, per obumbrationem virtutis Altissimi, & Spiritus sancti operationem, Luc. 1. tum vnctio sine mensura facta, Iohan. 3. v. 34. Quid igitur? Non iam error tantùm sophisticus, sed pudèda temeritas, & petulantia execrabilis, adeoque σοφισμαρία est, ô Nestori, dicere, Christum pro semetipso victimam Deo patri obtulisse. Nulla hîc est offensio: ad quid ergo Sacrificium ἱλαστικόν & propitiatorium? Et sic tandem dimittimus simul Nestorium atque veteres eius gregales, sectatores, fautores suè. In isthoc autem, quem dixi, errore detrahente Mediatoris officium Christo, secundùm diuinam naturam, quosnam obsecro hac nostra ætate, vel habuit, vel adhuc habet Nestorius successores? Equidem non sum nescius, Sacramentarios hac in parte facto à reliquis Nestorianis Schismate, Christum secundùm vtramque naturam mediatorem profiteri aduersus Nestorium velle. Vtrum autem iammodò datam propter causam, eadem hodie sit istorum constans sententia de officio Christi, quæ est orthodoxarum Ecclesiarum nostrarum; affirmare non habeo. Contrarium ostendit totum σύμμα Calvinistici dogmatis de persona & officio Iesu Christi,

VI. & ultima
collatio veterum
& recentium
Nestorianorum

An eadem ho-
die sit Caluina-
norum seu Refor-
matorum sen-
tentia, de officio
Christi, qua est
Lutheranorum
seu Orthodoxo-
rum.

Christi, vt etiam de Sacramentis noui Testamenti, tam in genere quàm in specie consideratis : de quo alibi οὐ θεῶ. Ne sim prolixior, hoc tantùm hîc addam: Ipsi illi Zuinglo Calviniani, quâ ratione ac viâ vnam duarum naturarum in Christo hypostasim negent, vel hic noster discursus oratorius monstrat: Sublatâ autem vnitate personæ naturarum diuinæ & humanæ, nùm vtriusque παρώνυμα de se inuicem prædicari possunt? Haud ita. Sublatâ, inquam, & remotâ vnitate personæ naturarum diuinæ τοῦ λόγον ac humanæ, nùm ipsa etiam mutuâ τῶν ἰδιωμάτων ἀντίδοσις, priorum participatio asseri potest? ne sic quidem. Num ita naturarum, diuinæ & humanæ, vnum personale opus seu ἀκοτέλεσμα, ad quod verè ἡνωμένη ἐνεργεῖαι vtriusque concurrant, dari potest? minimè gentium. Quomodo? quomodo? edisserant nobis Calviniani. Quamuis itaque θεοτόκον Mariam, τὸν λόγον passum & crucifixum, Christum iuxta vtramque naturam Mediatorem profiteri nobiscum contra Nestorium velint Sacramentarij, nihil tamen dicunt aguntvè, multoque minus nobiscum sentiunt ac consentiunt, propterea quod humanâ naturam, Verbo seu Deo Filio, quo decet, vinculo & nexu vnitam neq; credēt neq; credere velint. Nisi fortasse à Protestantium & Augustanâ Confessionem recipientium partibus stare, & ab errore circa Christi mediatoris officium procul abesse censendi sunt profani isti homines, qui præterquam quod diuinam naturam Christi ab opere redemptionis nostræ in passione ac morte separant, etiam humanam eius naturam à Diuinis operibus regni, Sacerdotij ac dominij, in statu gloriæ vel excludunt prorsus, eique omnem Maiestatem, virtutem, potentiam atque gloriam diuinam detrahunt, vel eam contendunt diuinæ naturæ cooperari

*Stancarus Nesto-
rij in errore circa
Dhr:sti Media-
toris officium suc-
cessor, & Bellar-
mini ac aliorum
Pontificiorum in
eodem errore an-
tecessor.*

rari tantum iuxta proprietates essentialis, siue vires natu-
rales. Istam profecto Nestorianæ hæreseos par-
tem, qua ὁ λόγος negatur fuisse pontifex & apostolus
confessionis nostræ, hac nostrâ memoriâ magno cum
scandalo renouauit *Franciscus Stancarus* Italus, Bellar-
mini popularis: Is fingebat Christum secundum so-
lam humanam naturam nostrum esse mediatorem.
In eadem utique sententiam inclinât, quinimò ex nau-
fragio eiusdem opinionis fanaticæ nondum emerfit *Ro-
bertus Bellarminus* Iesuita, & sedis pontificis Romani
Cardinalis: Quemadmodum videre est in generali
controuersia tertia, lib. 5. de Christo. Et Stancarum il-
lum, & hunc Robertum etiam hodierna die haud ob-
scure cum Pistorio sequuntur Pontificii cæteri. Sed
Bellarminum dicis ipsum in Stancari libris agnoscere
verba suspecta & malè sonantia, quorum omnis summa
huc redeat, quod Stancarus humanæ tantum naturæ
attribuerit opera Mediatoris, non supposito diuo; At-
que talia sentientem in societatem suam rapue-
rit Nestorius. Ego autem dico, Lombardum, Tho-
mam & Bellarminum verbis quidem mediationis opus
seu ὑποτέλεσμα adscribere supposito diuino, re tamen
ipsa nihil quicquam isti adscribere & assignare, atque
ita ipsam incarnationem DEI Verbi euacuare. Neque
verò hoc solum dico, sed & quæ dico, ea vera esse pro-
bo. Quia enim DEI filius de cælo descendit, ut nos
DEO reconciliaret, vel (ut Nicœnum symbolum ha-
bet) propter nos & nostram salutem; quid quæso ob-
stat, quo minus respectu mediationis frustra DEVS fa-
ctus sit homo, nulla uè appareat causa necessaria incar-
nationis filij DEI? si Christus ut DEVS, nihil reale ad
mediatoris ὑποτέλεσμα contulit, siue operatus verè
est? Atqui secundum Scholasticorum & Bellarmini
manifestam confessionem, Christus per hoc, quod Deus

est, non est mediator, sed tantum per hoc quod homo est. Ac proinde Bellarminus cum Stancaro re ipsa negat Mediatoris officium esse suppositi Diuini, quia finis & nullus est. *Hoc insuper addo:* Si Bellarminus voce plus quàm tragica Ecclesias nostras erroris accusant, vt certè accusant, quod credant Christum mediatoris officium exequi ac exercere secundum vtramq; naturam, Diuinam $\tau\tilde{\nu}\lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma$ & humanam; quidni colligeremus necessariorè, Iesuitas credere $\tau\tilde{\nu}\lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma$ non esse pontificè & Apostolum confessionis nostræ? aut (quod idem est) Christum, vt DEVM, nō esse mediatorē, sed tantum vt hominem? Istuc verò ipsum in Nestorio quidem & veteribus Nestorianis olim damnauit Synodus Ephesina, in modernis autem Papiculis etiam nunc damnant Orthodoxi Ecclesiæ Christianæ Doctores ad vnum omnes. Et sanè fundamēta anathematis Orthodorum iammodò opposita Nestorio sunt, quæ vobis quoque opposita memineritis Aduersarij Monachi, qui à Iesu Iesuitas, cum à Loiola rectius vos Loiolitas nominassetis. En verò tibi ceu coronidis vice illud nimium *acumen Iesuiticum*, quod ex Iaponia fortassis, siue ex Insulis Fortunatis Romam vsquè (& quorsum non?) transmissum fuit, nempe Christum etiam ipsum iuxta Diuinam naturam esse partem offensam, ad cuius placationem mediatore opus sit: Eundem autem Christum esse mediatorem, etiam sui ipsius, implicare manifestam contradictionem. Ast expendite, quæso, Romanenses, vel illud quod gentium doctor post. Cor. 5. v. 19. scriptum reliquit: *Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi ipsi* ($\acute{\epsilon}\alpha\upsilon\tau\acute{\omega}$.) Quia enim Christus est mediator Dei & hominum, & ipse DEVS; propterea & sui ipsius mediator est, & vt DEVS & homo ipse sibi, vt vero DEO cum Patre Spirituque sancto, mundo reconciliauit. Hanc quoque satisfactio.

Lib. 1. controuersia de Christo c. 3 & seqq. Item indic. de lib. Concord.

Cy. il anathema 10.

Discussio VI. ac vltima partis, reuocati per Iesuitas, & Sacramentarios Nestorianismi.

Non sequitur. Christum esse mediatorem etiam sui ipsius, vt Deus est, implicare contradictionem

Vid. etiam Esai.
43. v. 25.

ctiōnem pro peccatis omnium & singulorum hominum totius mundi, quia DEVS Verbum in principio, quinimò ab æterno, spondisset sub plenitudine temporis implendam, idcirco sancti in V. T. ad ipsum (DEI Filium) clamauerunt: Domine exaudi, Domine parce, &c. *propter te ipsum* DEVS meus Dan. 9. v. 19. Ambas certè sententias istas, si rectè expendieritis, posthac non ludetis fallacia à dicto secundum quid, ad simpliciter dictum, sed nobiscum distinguetis duplicem Christi respectum; Christum, inquam, partim per se & ἀπλῶς etiam in vnione considerabitis, partim non per se ac simpliciter & absolutè considerabitis, sed vt DEVM hominem, & hominem DEVM: Priore quidem considerationis respectu, Christum partem offensam atq; læsam esse cum Patre & Spiritu sancto; Posteriore autem modo & ratione, eidem (Christo) tribui & assignari memineritis officium mediatoris ad Patrem, Spiritumque sanctum & seipsum. Etenim in mediationis seu redemptionis opere, duæ Christi naturæ cōsiderantur, non diuisè, sed vnite & vtraq; natura operatur vnite & cū communicatione; adeò vt nec passio & mors humanitatis sit salutaris per se solum, nisi ὁ λόγος appendat conferatque & agat, quod suum est; nequè pōdus ac efficacia deitatis τῷ λόγῳ sit salutaris per se & ἀπλῶς, sine humanitatis passione ac morte. Isthūc autem quem dixi, necessarium Christi respectum duplicem, quia negligitis, ὁ Antagonistæ: hinc adeò fit, vt non solum periculosè erreritis, sed in errore exultetis temerè, atque gaudeatis impiè; falso & erroneo subnixi principio ac fundamento, quod mediator Dei & hominum non queat ex altera sui parte, idem esse cum eo, cuius est mediator, vel secum ipse. Quin & Christus non omninò idem est cum vna parte cuius est mediator, videlicet Diuinitate, quia etiā
est ho-

est Homo; neq; omninò cōuenit cū altera parte, scilicet
 Hominibus, quia etiam Deus, atq; ita θεάνθρωπος. Nota-
 bitis autem ex sententia Irene. Chrylost. Ambros. Gen- Irenaeus lib. 3. cap.
 nadii & Oecumenii, *Christum esse mediatorem Dei & Homi-* 20.
num, per suam ad utrosq; domesticitatem siue συγγένειαν & co-
gnationem; hoc est, per vtramq; naturam, diuinam, &
 humanam. Vnde sequitur, domesticitatem & cogna-
 tionem naturæ ad Deum & Homines, requiri in media-
 tore Dei & Hominum, vt sic in amicitiam & concordia
 utrosq; (Deum & Homines) redigeret ac reduceret: atq;
 hoc ipsum omninò, si ἀντίλυτρον pro peccatis debuit ef-
 se ἰσορροπῶν, vel ex vestra ipsorum concessione sequitur,
 ô aduersarii. Et ne diutius vos demoremur, agite dum
 huiusce quæstionis decisionem repetamus ex quodam
 veterum Theologorum. *Non mediator Homo præter Dei-*
tatem, inquit ex pia Antiquitate Augustinus, *non media-* Homil. de ouibus,
tor Deus præter Humanitatem. Ecce mediator: diuinitas siue cap. 12.
Humanitate non est mediatrix: Sed inter diuinitatem solam
& Humanitatem solam, mediatrix est Humana diuinitas, &
diuina Humanitas Christi. Digissima obseruatione sentē-
 tia! verissima & nunquam satis laudabilis sententia!
 cum istac vtiq; quomodo vestra opinio Iesuitæ, conue-
 niat, vobis cogitandum relinquimus & deliberandum.
 Etsi autem *Augustinus* aliquoties Christum, vt Hominē,
 Mediatorem appellat: & non, vt Deum: neq; sibi in hoc
 argumento per omnia constat, quin & de regio ac sa-
 cerdotali Christi officio mutilatè & non sufficienter a-
 licubi, iudicio Dn. Philippi Melāchthonis loquitur. (vt Philipp. contra
 Robertus nugatur) sed apertissimè exprimit quod vo- Stancarum.
 lumus, videlicet vtramque Christi naturam, quæ est Bellarmin. lib. 5. de
 Christus ipse, exequi mediatoris officium, inter Deita- Christo.
 tem solam & Humanitatem solam. Considerat enim
 Augustinus diuinitatē, tūm per se ac simpliciter, vti est

Generalis con-
clusio huiusce o-
rationis.

omnibus personis tribus communis ; tùm in persona mediatoris limitatè, prout scilicet est in persona Filii *γεννητικός*, & in hac persona humanæ naturæ vnita, adeoq; iam est diuina Humanitas, & Humana diuinitas. Atq; ita, Domino cooperante, Nestorianismi tùm ortū principiumq; , tùm progressum atq; continuationem, tùm verò germanum ac legitimum statum deprompsimus, & bonâ quidem fide deprompsimus, ex Ephesinæ synodi historia, ex Cyrilli monumentis, aliisque scriptoribus Ecclesiasticis; hoc est præter disputationes scriptorum veterum, ex historia Nicephori, Euagrii Scholastici, Cassiodori, Actionis primæ cōcilii Chalcedonensis. (vbi Nestorii *ἀντιθέσις* nonnullæ contra orthodoxos D. Cyrilli canones recensentur,) ex lib. 3. hæreticarum fabularum Theodoretæ, ex Liberati Ecclesiæ Carthaginensis Archidiaconi breuiario, quod in secundo Tomo Conciliorum subiunctum est Aurelianensi Concilio tertio, circa tempus Vigiliæ Papæ. Ex his iisdem actis & literis publicis, scriptoribusq; Ecclesiasticis in super etiam Nestoriani certaminis statum falsum remouimus reiecimusq; , vt verus dictæ controuersiæ status cum Neotericorum Nestorianorum propositionibus erroneis, de hoc argumento contenderetur atq; conferretur. *Et ex his vos iam statuite, Auditores,* (quanquam de vestra religione ac grauitate & constantia non dubito, sed quia si res hic in dubium aliquando vocaretur, quæ sunt à me tractata, fidem cuius facere deberent.) *vos iam statuite, Auditores,* quænam sit conuenientia & harmonia Nestorianorum simul veterum atq; recentium: nec ex hisce solum, quæ à me de hoc ipso argumēto iam nunc allata in medium sunt, statuite & iudicate; Sed & ex iis, quæ ab aliis eruditè pertractata sunt, propriis libris; iudicate, inquam, & hoc infelici seculo perle-
sitas

fuitas simul & Calvinistas renouatū Nestorianismum, cano (quod dicitur) peius & ague fugere ac detestari, necnon à venenatis Papicolarum & Sacramentariorum libris, auctoritate p̄i Magistratus nostri prohibitis, cauere atque abstinere pergite. Intuemini enim opinionum Nestorii præstigiatarumque Iesuiticarum & Calvinisticarum collationem ac σύγκρισιν iammodò à me institutam, quàm accuratissimè & luculentissimè breuissimeq; fieri potuit, *inuenietis Nesto-*
rium & Iesuitas ac Sacramentarios contra cœlestem & catholicam veritatem, in Ephesino Concilio oppositam Nestorèis erroribus, consentire in personali vnione ingeminandâ & vnicâ Christi personâ agnoscendâ, ita quidem vt vnionem personalem (quam suam faciūt) per gestationem & sustentationē, tanquam specificam differentiam definitas; simul in negandâ idiomatum & ἐνεργειῶν communicatione reali, in ἀλλοιώσει defendendâ, itemq; in adimendâ & detrahendâ carni Christi facultate viuificâ, necnō in errore derogate mediationis officium Christo secundum vtramq; naturam. Iam quis meritò succēseat nobis, si cogēte sic veritate, sine acerbitate & infectatione aliorum, intrepidè affirmemus *Iesuitas iuxta & Calvinistas esse Nestorianos*: & proinde deuitandos, vt homines hæreticos, & in vnam Iesu Christi seruatoris nostri personam pariter atq; sanctissimū officium, Maiestatemq; & honorem contumeliosos simul ac blasphemos. Nisi fortè ad Nestorium accedere eiusq; abominations horribiles ab inferis reuocare neget eos qui contra cœlestem & Catholicam veritatem in œcumenica seu generali synodo Ephesina Nestorio oppositam, non dubitant fingere in Christo naturarum duarū vnionem accidentalem aut σχετικὴν seu relatiuam & ἀπὸ παράστασι: quâ ὁ λόγος (totus & solus) gestet
 Huma-

Conuenientia
 veterum & re-
 centium Nesto-
 rianorum colla-
 gitur ex præce-
 dentibus.

Humanam naturam sustentetq; ne redigatur in nihilum; quâ item ὁ λόγος in assumpta carne habitat in solo illo loco, quem naturaliter occupat natura assumpta. Nisi fortè, inquam, Nestorianos negare velis eos, qui insuper non exhorrescunt inficiari naturarū, diuinæ ἡ λόγος & Humanæ, vnionem personalem, & communicationem hypostaseos ἡ λόγος cum carne assumptâ; negando realem idiomatum communicationem, & e contrariò allæosin verbalemq; communicationem cudendo; i-

II. temq; negando operationem ἡ λόγος propriam carni realiter communicatam per hypostaticam cum λόγος vnionem; simul carni Christi derogando vim ac ἐνέργειαν viuificandi diuinam, carni à λόγος realiter & verè concessam traditamq; ac communicatam per & propter intimam naturarum *πρὸς ἐκείνην* & mutuam immanentionem atq; immanentiam; negando prætereà in vnitate personæ cum λόγος vnâ indiuisâ adoratione adorandâ esse Humanam Christi naturam; negando deniq; mediatorem nostrum ac Pontificem esse Christum, secundum vtramq; naturam. Quid verò? isthæc, quæ dixi Nestorium quoque finxisse & negasse contra cœlestem & catholicam veritatem, in Ephesina synodo repetitam defensamq;, ὁ φθάλμοφα ἐρώσ monstret vel hæc nostra oratio. Noscitè verò Auditores, atq; ad eò ignoscite, si singula non satis commodè, non satis ornatè pertractata sunt: Dixi, quæ de re tūm obscura, & ab omni cogitatione (cūm Humana, tūm angelica) longè remotâ, hac imbecillitate nostrâ, his temporis angustiis, hac Patrum religiosorum & eruditissimorum virorum frequentia, quibus ne sim molestus, diligenter prouidendum est, dici vel potuerunt, vel debuerunt. Et prætereà videte quid inter Nestorium ac eius sectatores & fautores veteres nominosq; intersit, Auditores. Veteres quidem intelligo, qui

erec. O.

erectioribus signis transierunt ad Nestorii castra: Nō uos autem appello, qui tectioribus symbolis cum Nestorio colludunt. Illi vnā cum præceptore suo vsurpare noluerunt phrasēs, quas statuebant re ipsa veras non esse: Hi (nouī Nestoriani, & cum primis Sacramentarii) econtrariō idiomatum communicationem realem omnem repudiant simpliciter, & interim tamen phrasēs quasdam cum orthodoxa Ecclesia Christiana communes retinet, easque affirmant veras esse per communicationem verbalem. Quod quidem ipsum, quid aliud esse potest, quā fumos vendere & verba dare pro rebus? phrasēs retinere sine mente, inanes titulos sine rebus: uerborum præstigiis ueritati fucum facere: proque uera *τῷ ἰδιωματικῷ ἀπόδοσι* & mutua priorum communicatione, umbram illius, imō umbellam reponere, eamque omni re uacua? & *σχετικῶν* seu relatiuam? in sola nominum permutatione subsistentem? adēoque rationalem seu mente fictam? id est, imaginariam & phantasticam? Tantum portō abfuit ut illi cum præceptore suo ausi fuerint Christo Homini diuinam operandi vim denegare, ut creaturæ etiam attribuerint, quæ DEI propria sunt: Hi uerō diuinæ *ἐνεργείας κοινωνίας* realem omnem Christo, quā Homo est, detrahunt, (ut impudenter! ut scelerate! neque erubescunt Christi Humanam naturam ab executione præcipuorum operum mediatoris remouere potiùs, quam assignare ipsi illi, etiam in hypostasi *λόγῳ* considerata, diuinam aliquam agendi vim ac *ἐνεργείαν*, personaliter ei competentem. Denique illi (ueteres Nestoriani) pariter cum præceptore suo adēo non ausi fuerunt homini Christo gloriam religiosæ adorationis

H

detra-

Differentia inter antiquos & recentiores Nestorianos.

I.

II.

III.

detrahere, vt etiam eam docendo præstandoq; ἀνθρώπων λαοίς accusari non dubitauerint: His (recentioribus Nestorianis) non est religio anathema ipsis illis dicere, qui vnâ eademq; λαοίς Christum Deū & hominem ita inuocant, vt adorationem suam nō ad solam diuinitatem λόγος dirigant, sed ad ipsam etiam Christi carnem in vnione, & respectu vnionis consideratam. Unde etiam colligere procliuē est, Iesuitas & Sacramentarios ἐτερόδοξα quædam Nestorii affirmando, quæ negauit ille, & negando quædam, quæ affirmauit ille, alia quidem nonnulla mordicū defendere, quibus eò abbeant etiam, vt cum Nestorio diuinam Iesu Christi personam dissoluant: in hoc autem isto ipso (Nestorio) longè deteriores esse, quòd maiori petulantia & conatu viribusque, quàm ille, oppugnare attentant & impetere ea omnia, quæ ad carnis Christi in hypostasi λόγος considerata Maiestatem, operationem, potentiam ac gloriam, seu honorem diuinum spectent. Et excusit oportet, qui Iesuiticam prauitatem & Calvinianam improbitatem Nestorianâ hæresi deteriore esse non videat. Nestorius namq; solam communicationem proprietatum *Humanitatis* impugnavit: Papicolarum autem & Calvinistarum communicationem etiam proprietatum *Diuinitatis* oppugnare nunquam & nusquam nō instituuit. Etenim aut dicant Iesuitæ etiam Deitatem Ἰῆσὺν λόγος verè ac realiter cōcurrere in perficiendo opere mediationis & reconciliationis nostræ cum Deo, aut nos concludemus, ipsorum sententiam nihilo esse meliorem Nestorianâ & Stancarianâ, quinimò hanc eadem deteriore. Nam Canisio teste, interrogati Stancariani, cur existimarent duas naturas in Christo unitas.

Et Iesuitica & Calviniana hæresis longe deterior Nestorianâ est.

I

II

Stancarus plus adscribit tribuitque vnioni personali, & Deitati.

tas.

tas, responderunt, vt *Humana natura, diuinâ virtute sustentata, pati posset omnia, quæ patienda erant*: Iesuitarum autem factio diuinam naturam, quo ad operationem, à mediatione vel redemptione prorsus excludit. Porro vt de Iesuitis plura non addam, doctorum utiq; Calvinianorum responsio ad sextam & septimam Theses Theologorum Wirtembergicorum, de persona Christi, sic habet: *Nos docemus ex hypostatica unionis definitione, neq; Deitatem, neque Deitatis proprietates de Humanitate ullo modo, ne in unione quidem, verè dici posse*. Quid si Reformatores, (isto enim titulo gaudent Calviniani Deformatores) vel negando idiomatum *κοινωνία* realem omnem, & tamen retinendo phrasas sine rebus, deteriores sunt Magistro suo Nestorio? aut certè imitantur eum præfidiis aulæ, quibus aliquandiu vsus fuerat, iam penitus destitutum, Imperiali decreto ab Episcopatu deiectum, erroris conuictum, synodique sententiis condemnatum, & Iohannis Antiocheni defensione exutum: (Tum enim, vt & antè diximus, exclamasse Nestorius scribitur: *Dicatur sane Maria Deipara, & tristes contentiones facessant*.) quod tandem os est magni illius & paterni Patroni Cryptocaluinianorum, qui propriâ manu non ita pridem ausus fuit alicubi scribere, *istiusmodi accusationes non esse veras, non dignas homine Christiano, non à veritate proficisci, sed ex acerbitate profluere?* quasi verò eiusmodi accusationes non essent sine crimine, neque ostensa esset veritas, nec euicta fructifera detectio fundamentorum Calvinianæ Sectæ cum veteribus Nestorianis communium, quâ detectione collatis vtriusque partis firmamentis demonstratur, qui

Christi in producendo mediatoris opere, quàm Iesuita: Hi igitur illo annon detiores sunt.

Coll. Mompel. mihp. 206.

III.

Niceph. lib. 24. cap. 15.



qui Calvinianis patrocinari possit ita vè non simul etiam Nestorianismi patrocinium necessariò suscipiat, ex sinceris Christianis hominem esse neminem.

Posterior orationis pars, quæ in eorum integræ orationi dicanda, alii reseruat temporis.

Iam quoque tandem ad rem quidem accedendum propius: agendumque nobis esset de vera orthodoxæ Ecclesiæ Christianæ sententia, circa ipsam vnionem personalem duarum in CHRISTO naturarum, atque eius cum specificam differentiam, tum effecta. itemque probandum, eam ipsam orthodoxorum de difficilimo illo doctrinæ capite sententiam, & nullam aliam, omninò consistere in veritatis arce, & munitissimis tribus propugnaculis (putà verbi DEI Prophetis & Apostolicis scriptis comprehensi primò: deinde rationum ex sacra scriptura depromptarum: tertio testimoniorum ex vetere & catholica Ecclesia petitorum) sic esse circumdatam, vt vel inferorum portæ aduersus eam nihil quicquam præualere potuerint hactenus, neque iammodò præualere queant, nec præualituræ vnquam sint. Verumenimverò, quandoquidem Excellentia, Reuerentia ac Humanitates vestrae suum, quod petii, officium iam dudum audiendo faciunt; me meum quoque iam nunc dicendo facere oportet. Nunc ergo quod etiam initio pollicitus sum, nihil quicquam addo ad ea, quæ dixi. *De cæteris quæ sunt à me initio proposita, nec tam angustis vnus horæ spatiis includi potuerunt, erit vobis deo dicendi & agendi tempus aliud.* Hæ ipsa igitur ad istud tempus integra mihi reseruo.

Quod tamen adhuc tantummodò superest; vestris Excellentiss, Dignitatibus reuerendis, Humanitatibus ac beneuolentiis & ago gratias & habeo quas simul mens
mea

mea capere & lingua proferre potest maximas, quod hac tantâ grauitate & auctoritate hos audientes, omnibus relictis rebus & negotiis grauioribus, cohonestare ac ornare voluerunt: nec non Nestorianorum tum antiquorum illorum, tum horum nouorum errores, & impia irreligiosaque dogmata castigantem me non dubitarunt audire singulari cum beneuolentia. Ego vicissim, quæ quidem à mea tenui infirmaque parte erga vestras Excellentias, Dignitates reuerendas, Humanitates ac Beneuolentias proficisci poterunt officia dilectionis, & humanitatis obseruantiaque studia, ea vestris Dignitatibus excellentissimis, reuerendis, ac humanissimis promitto deferoque reuerenter, peramanter, candidè, studiosè.

Nunquam verò tibi ô Filij Dei & hominis, Iesu Christe, satis dignas possum agere gratias pro diuina gubernatione & benedictione, quæ hos meos qualescunque labores non sinit esse inanes, sed ipsum illum dedit finem assequi, quem ego etiam ita proposui, vt optârim; ita optaui, vt sperarim; ita speraui, vt futurum confiderim. Te simul, quippe qui ad omnipotentis Dei patris dextram sedes, Ecclesiamque sanctam tuam colligis, (vt clementer!) collectam Spiritu sancto tuo gubernas, (vt mirabiliter!) defendisque (vt potenter!) & exaudis, (vt paterne!) te deuotissimis altissimisque suspiriis adoramus; te oramus & obtestamur, ducas nos Ecclesiæ sanctæ tuæ membra & ciues per sanctissimum spiritum tuum, nobiscum in verbo tuo loquentem, in omnem veritatem; in eaque confirmes, conserues, sanctifices: te in-

Iohan. 17. v. 17.

super etiam rogamus, errantes quidem oues in viam reuoces, hominesque conuertendos conuertas: Præfractos verò & contumaces atque blasphemos hostes

H 3 poten-

potentiæ ac Maiestatis gloriæq; tuæ (eius scilicet quam etiam sub plenitudine temporis secundum carnem tibi personaliter vnitam accepisti sine mensura) citò confundas, euertas & sub pedibus conteras tuis, ad nominis tui gloriæ sempiternam, Ecclesiæque tuæ salutem perpetuam. Nostræ huic petitioni vt manè velociterque annuas, locumque suum relinquas,

ô Incarnate Deus; te veris gemitibus oramus, obsecramus, obtestamur;

ô Deus Incarnate.

D I X I

LITE-



65
LITERATIS CIVI-
BUS LVBECENSIBVS, IN
PRIMIS VERO LVBECENSIS CIVE-

TATIS PRIMORIBVS PATRITIIS,

plebeiisque, S. in Christo Imma-
nuele, P.D.



*VM de Lubecensium Beneficia-
riorum hic aliquandiu commo-
rantium exercitiis Declamato-
toris graui consilio sancita lex
institutionis Ecclesie Lubecensis, aliorum pra-
tereà exemplum, maximeq; nonnullorū sum-
morum hominum consilium & auctoritas
mibi arduam dicendi prouinciam imponant:
& verò non aduentare & appropinquare,
sed instare iam planè adesseq; videantur festi
illi dies anniuersarij, quib. apud verè Chri-
stianos, magno in conuentu hominum ac fre-
quentia Deus in Carne manifestatus colitur
ut cum maximè: ego sanè Salomonici memor
pronunciati sapientissimi iuxtà ac verissi-
mi: Omnia tempus habent, & cuique proposti- Ecclesiast. 3. v. 1.
to sua est opportunitas sub caelo; latissimum
istud tēpus illucescere, adesse & offerri video;
quod*

quod vel declamandi segetem mihi praebeat et
 materiam. Eapropter oratorio more, de In-
 carnato Verbo meditat^{us} sum. Quâ in exer-
 citatione atque meditatione, quum pleraque
 omnia, contra Nestorianam heresin veterem
 pariter & recentiorē qua declamari possunt,
^{eu τὸ μὲν} complecti decrevissem; Primum ^{ἀνα-}
^{συναγωγῆς} delineavi veteris Nestorianismi ini-
 tium & progressum, a deoq^{ue} verum ac germa-
 num Nestoriani certaminis statum, quem si-
 mul contuli cum novis Nestorianis memoria
 temporumq^{ue} nostrorum, Iesuitis, inquam, &
 Calvinistis: quos profectò ipsos partim anti-
 qui illius Nestorij opiniones quasdam hereti-
 cas corrigere, & alias quasdam tenere mordi-
 cuq^{ue} defendere: partim cum eodē à recta ve-
 ritatis via non inuitos abire, & conspirare in
 dissoluenda personali unione duarum natu-
 rarum Christi: partim verò eodem illo longè
 deteriores esse dixeris, nullo negotio probave-
 ris. Larvis item detractis, ipsam Nestoriani-
 smi veteris atq^{ue} novi fœditatem & atrocita-
 tem singulis ac uniuersis sub aspectum ita sub-
 ieci, ut quibus Nestoriana hereseos turpitudi-
 nem

nem & impietatem detestari necessum habeat, qui modo non sponte sua cecutire, sibiq; ipse oculos perstringere voluerit. Secūdo loco *κατασκευαστικῶς* adumbrandam sumpsit veram de vera duarum in Christo naturarum unione hypostatica, eiusque veris effectis, doctrinam & sententiam Ecclesie Evangelicæ, in divinis utiq; literis fundatam, argumentis rationibusq; S. scripturarum fundamento superstructis vestitam, & simul antiquitati orthodoxæ non ignotam: Quam eandem quoque *κατὰ δὲν αὐτῶν*, sed *διὰ βεβαίων*, vindicandam suscepi & asserendam à malitiosis atque portentosis calumniis & magnidicis mendaciis recentium Nestorianorum, vel Nestoream Lutheranis heresin impingere & affingere nihil exhorrescentium.

Porro quod bonum, faustum felixque sit; Orationem, quam summarum iammodò propositæ questionis partiū priori, *ἀνασκευαστικῶς*, dicatam hoc tempore conscripsi, eam equidem hīc in Auditorio publico ad futurum Martis diem, qui 22. Decembr. erit, recitare constitui, cum Deo hinc discessurus propediem.

I

Ampla

Vid. Bellarm. in præfatione controuersie de Christo, & lib. 3. eiusdem controuersie.

Ampla autem urbis huius literatos ciues omnes, precipue tamen primores huius eiusdem ciuitatis patritios plebeiosque, amanter & officiose oro, ut ad prefinita perendiana diei horam nona publica isti recitationi cum beneuolentia & attentione interesse, suaq; honoratissima & exoptatissima presentia ipsum illum qualemcunq; actum, qui propter cœli huius grauitatem eo breuior futurus est, decorare atq; illustriorem reddere dignentur. Quod si fecerint, rem facient splendore, doctrinaque & virtute sua dignam: etiam hoc amplius, re ipsa demonstrabunt, quantum Declamatorijs exercitijs scholasticis, quantum diuina sapientia studio, quantum pietati & his talibus pietatis congressibus, quantum denique incarnato Dei Filio tribuant, pro quo uocem mittam equidem ad diem dictam: operam non tunc solum, sed nullo non tempore daturus, ut intelligatur, officium uel potius beneficium istuc ipsum apud gratum hominem positum fuisse.

Restat ut qui futura recitationi interfuerint, iidem ex recte iudicantium calculo aestiment.

ment.

ment id, quod ab ingenii mei tenuitate profici-
cisci potuit: itemq; mihi precentur letam stu-
diorum catastrophem, fructum uberrimum:
id quod eos etiam atq; etiam rogatos omnes
volo. Quod si huic meae petitioni haud agrè
morem gesserint, invitus cogar (sit amen co-
gi dicēdus est, qui promissis stare ipsemet anni-
titur.) suo tempore, Deo mihi vitam prolon-
gante, illam quoq; recitare Orationem, quæ
summarum propositi argumenti partium po-
steriori, κατὰ σκευτικῆν, hoc ipso etiam tempore
dicata, adhuc in adversariis iacet.

P. P. Lubeca Vandalorum, die 20. De-
cembri, anno exortæ salutari gratiæ Dei
M. DCI.

Albertus Reimers Lubecensis,
Philosph. Mag. & S. Theol.
Stud.

Errata typographica.

B Fac. a. lin. 1. lege manentibus. B. 4. fac. a. 7. l. exhauriri. C. 4. fac. b. 8. l. ver.
bis 15. l. habet. D. 2. fac. b. 6. l. si de solis, D. 4. fac. b. vlt. l. solo. E. 4. fac. a. 24.
l. pati. 32. l. Iohānis. 33. l. san. fac. b. 20. l. eandē. F. 2. fac. a. 2. l. ἀνθρωπολατρείας.
23. l. negare. 27. l. Maledictus. fac. b. 3. l. qui pro Calvinianis. 14. l. volunt. 24. l.
hæretico. 30. l. cultu. F. 3. fac. a. 1. l. quisquam. Quæ 4. l. habentur verba hæc; è
quorum numero etiam est cultus Fiduciæ & adorationis; parenthesi include
G. fac. a. 14. l. ἀποτέλεσμα 23. l. credant G. 2. fac. a. 5. & 6. l. accusat. ult. l. mundū.
fac. b. 11. l. partim 20. l. vnitè. 28. l. sed &. G. 3. fac. a. l. 2. Θεάνθρωπος. 17. l. sine. 20. l.
Dignissima. 28. parenthesi præmitte verba hæc; tamen citato in loco non im-
propriè loquitur. fac. b. 26. l. hïc. G. 4. fac. a. 2. l. angue. 5. l. abstinere. 15. l. gestatio-
nem. 16. l. definiant. 28. l. neges, fac. b. 26. l. ram. H. 2. fac. b. 11. l. istoc. H. 3. fac. a.
72. l. tuz.

AB: 155087

ULB Halle 3
002 702 754



28. 10. 17
Jb. Handb. 12



155087


R

V 17



... ruit os in san... guine agni lauerunt stolas
... radiderunt... corpora sua... ppter deū ad...
... meruerunt habere coronas... perpetuas... in
... patri et fili-ō et spiri... tui scō. in laud. Laudes
... mēti quanta passi sūt tormentā. ut securi pueniret ad
... Cum palma ad regna puenierūt scī
... aus meruerūt de manu dei. Evovae. ā Corpora scō
... a sūt et uiuent nomina eorum in eternū. Evovae. ā
... omni cum benedicite in eternū. Evovae. ā





30

ET SCHOLASTICA

ATIO,

PERSONALI

IN NATURA

CHRISTO UNIONE,

COMMUNICATIONE

SYMMATVM:

ET AM VETERVM,

OPINIONVM NESTORIANORVM

propositiones falsas & erroneas,

SCRIPTA,

. DCI. Die 22. Decemb. ve-

Auditorio, quod Lubecæ
audalorum est,

ABBATA

AB

BARO LVBECENSI, AR-

CHIEF, ET SS. THEO-

logia Studiofo.

IN I S. I. vers. 14.

ἰσχυρώσειεν ἐν ἡμῖν, (ὃ ἐθεασάμεθα τῆν
μονογενῆς τοῦ πατρὸς) πλήρης χάρι-

1, Typis Iohannis Spiessij.

M, DCIV.

Farbkarte #13

B.I.G.